

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



# Harvard College Library




From the

#### CONSTANTIUS FUND

Bequeathed by Evangelinus Apostolides Sophocles Tutor and Professor of Greek 1842–1883

> For Greek, Latin, and Arabic Literature











Digitized by Google

# M. PUBLII FONTANÆ BERGOMATIS POEMATA OMNIA LATINE SCRIPTA

Que jamdiu a M. Antonio Foppa

in unum collecta, nunc demum aucta & illustrata
in lucem prodeunt.



BERGOMI MDCCLII.

Excudebat Petrus Lancellottus

Ex Auctoritate Superiorum.

ML & 592.30

FEB 13 1926

LIEARHI

Constanting from

\* 6 1 4 0 2 0 1 m \*

PART OF THE OFFICE STATES AND THE ST

Digitized by Google

# LECTORI BENEVOLO

PETRUS ANTONIUS SERASSIUS

S.

A est saculi nostri in re literaria felicitas, ut quum omnes liberales disciplinæ ad summum laudis fastigium pervenisse videantur, tum illa ipsa, qua amajoribus nostris fuerunt aux in geniose inventa, aut ornate graviterque scripta ita demum emendata, tantorumque ornamentorum accessione perpolita evulgentur; ut nibil ultra sperari, aut ne exoptari quidem possit. Quot enim clarissimorum hominum Opera, que aut omnino ignota, aut neglecta turpiter jacebant, ut exteras regiones omittam, in bac nostra optimarum artium parente & altrice Ita-lia in lucem non prodiere? Quot lucupletissime, pulcherrimeque editiones Romæ, Neapoli, Florentiæ, Venetiis, Pata-vij, Veronæ, Brixiæ, Mediolani, ac demum in Urbe Bergomo non sunt procura-

ta, in diesque non procurantur? Verum si qua erat editio, cujus desiderio jamdiu rerum poeticarum studiosi tenerentur, ea profecto fuit M. Publij Fontane Bergomatis Poematum, quæ quidem ita elegantia, ita magnifica semper habita sunt, ut Poetam hunc unum Virgilianam majestatem assequutum esse, doctissimi viri censuerint. Quamvis enim aliquam Carminum suorum partem vivens ipse edidisset, nonnullaque alia familiares sui post ejus obitum edi curassent; ea ipsa tamen adeo bac illac dispersa, adeo difficilia in-ventu erant, ut quum ceteros omnes, tum Florentinos ipsos illustrium Poetarum collectores omnino effugerint. Quare singui lari quadam laude dignus videri debet M. ANTONIUS FOPPA Vir & ipse non indoclus, & propter singularem erga doctos homines liberalitatem Augusto & Mecœnati comparandus (\*), in primisque Patrii decoris studiosus, qui cum videret Civem suum Poetam magnificentissimum aut negligi ab optimarum artium cultoribus,

<sup>(\*)</sup> Vide quid de hac re scripserit Nicolaus A-menta Rapporci di Parnaso Part. 1. pag. 112-

aut omnino pro carminum raritate ignorari; Poemata ipsa typis jam impressa, O que nondum edita erant, diligentissime conquisiverit, O ante annos ferme centum in unum volumen redegerit, primo quoque tempore editurus. Quod quidem consilium etsi perficere minime potuerit, morte interceptus; quum tamen Codicem illum Jano Nicio Erythræo familiari suo, alijsque doctissimis viris ostentasset, tanta continuo fama de istorum Carminum præstantia excitata est, ut eo ipso nomine Foppæ obisus & importunus, & rei literariæ funestissimus baberetur. Moriens cum alia munuscula, tum ipsa Fontanæ Poematá abs je collecta legavit Octavio Falconerio Viro literis O nobilitate clarifsimo, cujus ipse consuerudine admodum familiariter usus fuerat; ex quo cum inde ad Cardinalem Falconerium pervenissent, tamdiu in ejus Bibliotheca delituerunt, donec Jos: ALEXANDRO FURIETTO Prasuli doctiffimo nobilissimoque Barziziorum editionem paranti forte fortuna es invenire, atque impetrare contigerit. Quod ut factum est, statim pro singulari sua er-

ga Patriam obaritate de istis etiam Carminibus evulgandis cogitare cœpit. Itaque O FONTANE Vitam elegantissime conscripsit, effigiemque ejus, ac nonnulla alia conquisivut, que editioni ornamento esse posjent. Verum quum ipse & antea nibil omnino otii pro gravissimo munere babere posset (Juri enim Romæ dicundo præerat), O nunc maximis pro Christiana Rep. negotijs distineatur: qua nos complectitur humanitate, horum nobis edendorum Carminum provinciam demandavit. Quam quidem lubentes eo porius animo suscepimus, ut testimonium aliquod obsequij nostri erga beneficentissimum Patronum extaret, quam ut acerrimo ejus judicio, O expectationi respondere posse confideremus. Ceterum quum editionum expediendarum caussa quas ante inceperamus, longius protrabere banc ipsam opus fuisset; illud interim faustissimum accidit, ut Purpuratorum decus, O literarij orbis delicia Angelus Maria Cardina-LIS QUIRINUS istum Codicem perlegere cuperet, lestoque ita demum Poemacum praftantiam admiratus sit, ut elegantissi-

mum carmen, cujus argumentum ad profligandam quorundam bæreticorum sententiam conducere videbatur, cum maximarum laudum præfatione evulgaret. Qua quidem re quid aut FONTANE bonorificentius, aut editioni nostra accidere illustrius potuit? Nos certe O gravissimum ejus de Poeta nostro testimonium ceteris aliis tamquam coronidem impesuimus, O bumanissimo PRINCIPI pro boc, alusquo immortalibus beneficijs quammaximas referimus gratias. Habes itaque, lector, in hoc volumine FONTANE Poemata qua extant omnia; babes Poeta Vitam a Prafule omnium doctrinarum consultissimo scriptam ; habes M. Antonij Foppæ editionem jamdiu ab Erythræo, Bailletio, Calvio, Miræo, alijsque pluribus literariæ Reip. promissam: quam eo magis tibi jucundam fore confidimus, que etiam emendatior, O copiosior nobis curantibus evasit, quam ut Foppæ Codex præstare posset sine autographorum, aliorumve exemplarium adjumento.

NOI

#### NOI RIFORMATORI

#### DELLO STUDIO DI PADOVA

A Vendo veduto per la Fede di Revisione de Approvazione del P. Fra Paolo Tomaso Manuelli Inquisitor Generale del Santo. Officio di Venezia nel Libro intitolato Marci Publis Fontana Bergomatis, non esser cosa alcuna contra la Santa Fede Cattolica; e parimente per attestato del Segretario nostro niente contra Principi e buoni costumi; concediamo licenza a Pietro Lancellotti Stampatore in Bergamo, che possa essere stampato, offervando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dato li 10. Aprile 1749.

Gio. Emo Pr. Rif. Barbon Morofini Cav. Fr. Rif.

Registrato in libro a Carte 3. al numero 28.

Michel Angelo Marini Seg.

# MARCI PUBLII FONTANÆ BERGOMATIS

VITA

A

## JOSEPH ALEXANDRO FURIETTO

CONSCRIPTA.

# 存器中

Alusci, quod est agri Bergomatis Oppidum, incolarum frequentia, & cæli salubritate lætum, natus est Marcus Publius Fontana anno a Christo nato MDXLVIII. Huic loco vel plurimum jucunditatis affert Cherius Fluvius, qui proceras inter arbores profluens dexterum Pagi latus alluit, & aquarum derivatione circumjacentes campos irrigat; rapideque dilapsus post quingentos passus in Ollium consluit. Ad hominum vero commoda, & usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut non fructuum varietatem, non frugum, non piscium copiam desi-

#### M. Pub. Fontanæ

desideres. Fuit Patri nomen Joannes Franciscus Fontana tennis fortuna homo, cujus tamen vita honestis instituta moribus sibi constaret, poefisque laude prelumeret. Ita factum est ut puer sub doctissimi parentis disciplina ad prima bonarum artium studia institueretur: arque in paterne pieratis similitudinem, non tam assiduis cohortationibus, quam domesticis exemplis deducere ur . Fulgebat in Publio præclara ingenii indoles, maximaque virtutis spes inerat; itaque a Patre ductus est Clarium Petrum Rubeum, ut ab ultima pueritia daret Græcæ linguæ addiscendæ, quantum satis erat, operæ. Erat autem in adolescentulo magna vis naturæ, atque itá severiori supra ætatem vultu literarum studiis accommodata: nihil ut ei foret potius, quam Latinos, Græcosque Auctores manu sæpe versare; cosque maxime in quibus multum apud omnes semper admirationis esset. Poetas vero, quorum amore præcipuo tenebatur, & inter hos Virgilium quotidie le-Stitabat; versusque non modo plures in dies, sed polite, & luculenter scribebat. Ita celerirer assecutus ost, ut Latina non minus, quam Græca præstaret lingua; suique ingenii sama apud finitimus Civitates in dies increbresceret. Eo in loco aliquot annos moratus Brixiam demigravit; ibique gravioribus Matheseos, Philosophiæ studiis deditus omnes cos, qui in eodem curriculo essent, brevi antecessit. hæc illustria scientiarum ornamenta Medicinæ,

& przejpue herbarum cognitionem adjunxis; qua toto vitz suz tempore maxime delectatus omnium Medicorum, quos ea ztas przelaristi. mos tulerat, amicitiam coluit. Id autem temporis, quo a consuetudine studiorum suorum discedebat, non quieti debat, aut otio; sed Musicæ amore captus, & ad canendum vocem, & ad chordarum sonum eliciendum manum aptare consuevit. Ita nihil prius, aut antiquius habuit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, jucundus amicis esset, gratiamque ab omnibus iniret. Ad adultam Publius ztatem jam creverat; cumque Clericalis vitæ desiderio incensus effet, ad sacras literas perdiscendas acceffit, totusque fuit in evolvendis SS. Patrum monimentis. Quamvis vero in omnibus antea-Etz vitæ partibus honestus, atque integer esfet, dedit operam, at mores in melius effingeret; ac quicquam facere, quod minus effet a gravitate sejunctum, nesas duceret. Neque tamen ab amicitiæ officie, quod semper usurpavit, nova vivendi ratione abductus est, nou ab illa jucunda societate, in qua salium, sacetiarumque honesto lepore ex rempore omnes superabat. Hunc parvo contentum tenuis cultus, vichulque delectabat : nisi quod frequens generosi vini usus in eo sæpe reprehenderetur ita tamen ut hæc bibendi consuetudo non longe ab honestate effet, neque turpitudini duceretur. Tanta vero alacritate ad studia adnitebatur, ut ea semper in longam noctem produKII M. PUB. FONTANA

reret; & quandoque insomnem amici, qui ad eum mane veniebane salutatum, invenirent. Omnibus in ore erat Publius ob præclara, quæ dederat ingenii, & excellentis bonitatis testimonia: unus tamen ante alios carissimus erat Dominico Bollano Brixiz Episcopo, cujus quamplurima in eum collata beneficentiæ suæ signa extabant. Pastoralis itaque officii sui esse ratus Fontanam vocare in partem Episcopalis solicitudinis, Ecclesia Sancti Laurentii Rectorem \* Palusci designavit. Tanto subeundo oneri imparem quamvis se esse duceret; quippe qui de propria virtute nimis demisse sentiret; ultro sibi delatum munus libenti, volentique animo suscepit. Contigit autem illa die, qua primum sacrum facturus domo exiret, subita tempestas, que pluvia, & grandine ad Templum usque proficiscentem insecuta est; ipseque casum admiratus adstantibus dixit futurum, ut reliquo dierum suorum tempore molesta zrumparum societate premeretur. Neque eventus fefellit animi præsentientis timorem. Cum eaim corruptis hominum moribus medicam admovisset manum, potentiorum odium, & indignationem subiit, quorum opera factum est, ut sæpe optimi Pastoris labores incassum irent. Et ne quid ad illorum audaciam addendum offensionis esset, superbi, elatique ipsum animi in-

<sup>\*</sup> Oppidum in agro Bergomensi situm, est tamen intra fines Descesis Brixiensis.

insimularunt apud Carolum Borromeum Cardinalem, qui tunc Legati munere fungebatura Fontanz tamen virtus, & spectatz vitz exemplan-fidem ... & auctoritatem injuris testibus des sogavit : dignusque wisus eff. quem Legatus maximis exornaret laudibus; ac publico testimonio commendaret. Ita, cum res prater improborum hominum opinionem eecideffet , 100 tus in co fuit Publius, pit a fæculi licentia; que in omnes irrepferat, ad pietatem, & religionema homines in vitia prolapsos confilios & exemplo revocares of Frequens in Templox populum facrarum concionum alimonia recreabat: zarque instruendis imperitorum animis, veh explanandis Sacræ Scripturæ locis sedulam navabat operam . Veniebant autem ad eum ... & qui scelerum culpa expiari vellent : & qui propter domesticorum incommodorum solitium colloqui cuperent : multi etiam ; in cujus lare! gitate positam spem haberent. Quod reliquum erat temporis, vel legendis libris impendebat. vel in horto collocabat, quem pluribus herbis compleverat, quibus maxime delectabatur : Erab aucem non folum natura ad hominum focietatem accommodata 64 verum quoque vinibus adlaborem ferendum firmis. Hocques fuir in Causa, ut amicos, qui in finitimis Urbibus dege rent, sæpe adiret joulsche co, ne in vitio pos. neretur ejus ab Oppido demigratio; nam hæci non diuturna dierum mora conficiebatur; &: quantum fatis effet ad fofficia præstanda, vel

#### v. M. Pub. Fontane

ad tem, ob quain wocarefur, gerendem. Non enimin cetu literatorum hominum, ut rumus culos popularis plausus aucuparecur, sed ut at micis , & patrize obsequereture, Azpen versus q vel folutem orationem recitavit; atque non semel publica amoris significatione ornatus ade optata Audia, jucundaque Palusci oria se rea cepit, Qua ex ne tantam fibi laudis, glorizque famam apud supientes vitos comparavit; ut fere nemo ex illis fuerit, qui diterarum consuerudine, vel officiorum gratia sibi Fontamamondn devinxerit. Hance igitur ob caussam familiariter usus est Calare Rodulpho, & Hieremia Fredo, quos ad manfuetiores Minfas natos agnoverat; atque in amicitiz communidnem, affumfit Joannem Antonium Taygetum, Franciscum Peronum, Pagamum a Turre, Joana nemi Babtistam Portonam , Diomedem Tirellum!, & Joannem: Franciscum: Ulmum, in quibus ad Medicinz landem Philosophia, rerumque naturalium cognitio accellerat .: Sui quoque oblervkneislimum. & amancistimum habuit Melchiotem :: Guilandinum ; x cui anagnam de se opinionemi fecerat, subbsto serrore, quo apse, aliaque comnes de absymblio Pontico renebanturo Potissimum i vero In pretio suite doctissimis Præselibus Joanni Bapeista: Milano Bergomensi: Antifeiti Hieronymo Diedo, & Czfari Gambarz , squorum alere Cremensi, Derehonensi ales ter infula devorabantur. Neque Public nostri gloria finitimgrum inrblum fratio circumscrie be-

bebatut : quippe quia ejus nominis fama lace pervagata i ignores quoque, &cob Oppido longe diffitos in fui admirationem sadduxerat. Summo itaque in honore habitus a, Cardinali . Cynthio Aldobrandino cujus non postrema laus fuit benevolentia prosequi cos omnes, qui literarum commendatione niterentur: tum vero pracipue a Claristimo Viro Duce Sfondra-to; quem inter Romana Urbis Proceres non sam fortuna, quem prudențianos animi nobilitas ad przecląram nominis dignitatem jevene-, ranto: Ita contigit ut Fontando 10.493 A plaulu alienus ad quietem & folitudinem ferebatur, in luce, hominum, politum sa potentium, & nobilium virojum favor ultro Romans vocarit. Neque tamen ulla ratione deductus est a veteri Audiorum suorum consuctudine, nec a Paflorali fuo munere o que una in reamaxima fibi cura, atque potes polita fuiffes, Non enim erat neschis quanto optabilior foret Oppiduli sui recessus imbi praclarum ingenii sui monimentum in pacate, tranquilleque vite præsidio : laterett , samplissimæ Civitatis :splendore, in quasingidis labe propter fludium novæ laudis perfæpe virtus afpergigur, Domestica re, eth non multi, as Exclesis sur red-. dicibus gaudens won honores; non apes ques in him laudars Chouse in

Fuit hic ex familia Passera Bergomensi Clementis VIII. sonoris filius, & in Aldobrandinam familiam cooptatus.

in suam domum inferret, expetivit; sed hone fla vivendi ratione sibi propostra ; nullum/ik li tempus a legendis, scribendisque carminibus umquam vacavits neque ella shasifitivicaula intermissionis studiorum, nisi populii sui salusi qua impositi Pastoralis oneris admoneretur. Hac laudabili vitz consuctudine, cum annum vix sexagesimum primum exegisset, Desentiani, quo hospitii gratia diverterat , gravi correptus morbo, diem chusit extremum. Ejus cadaver Joannes Branciscus Ulmus, cujus in do mo sanctiffiche obierat, Paluscum ex tekamen to deportandum curavit sibique toto collacry mente populo, elatum in Rociella, i cui qua draginta annorum spacio presfuerat, honorisic sepultum est: Fuit is facie decora, ardencibu oculis, sed fronte, supercilieque contectis. Ac cedebat magna corporis proceritas; miraque o ris suavitas, adeo ur gravitatem aspectus fer monis comitate leniret & gratia. Plura au tem opuscula Latina, & Etrusca lingua (utram que enim optime callebat) a se conscripta re liquit : præcipue vero latina in omni gener carmina, in quibus ades fus retatis Scriptore antecessit; ut in Virgilii/tempora incidisse vi deretur "Hine Fontina Poetarum more, in Ec logis Cheriades Nymphas ninvocat, patrium que solum laudans Cherium sluvium describit & seipsum Damonis nomine Cheriadum decue appellar. Paluscam quoque ab Oppidi nomine inter Olliades Nymphas recenset, & eam præ

VITA M. PUB. FONTANE. XVII aliis pulchram, & choreis assuetam in Sebino Poemate effingit. Hujus autem carmina partim formis excusa, partim adhuc MSS. tenebris latentia, quæ pro sua in Patriam, & in benemeritum civem pietate, in unum digefferat Clarissimus Vir Marcus Antonius Foppa, ut typis mandaret, nisi invida mors consilium, quod habuerat, intercepisset: nos apud Alexandrum Falconerium S. R. E. Cardinalem amplissimum reperta, gratam, acceptamque rem bonarum literarum studiosis facturos duximus, in publicum proferre, operi præmissis his paucis, quibus Publii vitam ex Odoardo Michaele in vita Publii Fontanz, Italico sermone conscripta, Bergomi edita typis Comini Venturæ 1615. suo æquali concinnavimus.



MAR.

# MARCI PUBLII FONTANÆ

EX PINACOTHECA

[ANI NICII ERYTHRÆI.

## 

Elix Bergomatum tellus, quæ nobilem illam arborem edidit, unde Torquatus Tassus germen gloriosissimum prodiit, quod semper virens, semperque floridum, patulis diffusuro ramis totum terrarum orbem amplectitur: in cujus umbra festivissimus Musarum chorus, ad Phæbi testudinem, perpetuas in orbem choreas exercet. Illa, inquam, tellus aliud poeticæ facultatis decus eximium admirabili fecunditatis laude produxit quod S. P. Q. Bergomatis nomen in omnis posteritatis memoriam propagavit, Publium nimirum Fontanam. Hic Palusci, quod est vetus Agri Bergomatis Oppidum XII. circiter pass. mill. Bergomo distans, amæno, ac salubri loco Anno MDXLVIII. bonestis parentibus natus, poesim, & ad Virgilianum scribendi genus ferehatur; sed quod babuit a natura bonum legendis poetis tum veteribus, tum novis auxit, illudque arte, studioque limavit. Grandis erat verbis, il-

Romam veniens multorum principum virorum, O in primis Cynthis Card. Aldobrandini, Cle-

#### M. Publ. Font. Elog.

mentis VIII. sororis filii studia commovit, ut videre eum vellent, alloqui, ex coque splendorem nomini, atque ornamentuntipsorum aula constituere. Sed homo natura quietissimus, ac libertatis amator, cui idem erat propositum ac Regibus, ut ne qua re egeret, ac ne cui obtemperaret, sicut Ithacam |uam Ulysses immortalitati antepofuit ; ita ipse patrii otium soli , amenitatemque. Urbis celebritati, aulæque opibus prætulit. Ipse sui ipsius erat dominus, ipse libidinibus suis imperabat, quas ita semper intra vationis cancellos cobibitas babuit, ut nunquam in re aliqua turpi vel vetita, eas labi permiserit. In perpetua oppidi sui animarum custodia vigiliaque manebat, quarum eterne salutis solicitudinem, curamque, ex eo, quo fungebatur sacerdotio susceperat. Quod vero a confessionibus excipiendis, a concionibus babendis, quibus bominum animos a vitiis avocare, & ad virtutis amorem conabatur impellere, reliquum erat otii, libenter, vel in literarum studiis collocabat, vel borti cujusdam sui cultioni tradebat, ubi quamplurimas salubres berbas, quarum erat studiosissimus, sua conseverat manu. Sed non parum sæpe fiebat ut ab honesto illo otio publica Bergomatis Brixianaque Reip. voce deductus, ad plura atque gravissima, pertinentia ad literarum studia negotia procuranda, traduceretur, in quibus ita utilem, ita diligentem, ita fidelem navavit illis operam, ut publico earum Civitatum testimonio, multis etiam grati in eum animi significationibus editis, laudatus,

#### Ex Jano Erythræo. xx1

tus, ornatusque discesserit. Sed celerius quam meruerat, ea virtus, ea bumanitas, illudque dignum immortalitate ingenium, Anno MDCIX. morte sublatum; perpetuam popularibus suis, eisque, qui illum noverant, dolendi, flendique materiam reliquit, cum duo & Jexaginta complesset annos, pluribus egregiis operibus vario carminum genere, sed præsertim beroico scriptis, quæ partim ipse ediderat, partim sua, vel librarii manu scripta, domi continebat. Sed bec omnia in unum corpus collecta, & pro temporum ratione disposita M. Antonius Foppa Bergomas, & Civis Romanus de literatis viris optime meritus, brevi typis impressa ad Italici nominis gloriam ad Patrie decus, & ad eternam popularis sui memoriam, exteris nationibus, ad quos nondum illius nominis fama pervenit, legenda, as penitus .sognoscenda : committet .

#### EX EPISTOLA EJUSDEM

#### A D

#### MARCUM ANTONIUM FOPPAM.

SEE SO

Aximas tibi., M. Antoni, gratias ago, qued M. Publii Fontana carmina, cajus ego bominis antea ne nomen quidem andieram, mibi inspicienda, ac legenda tradideris. Etenim cepi incredibilem ex eis voluptatem , ac si est dicendum magis apte, non solum ad ingentem admirationem elatus sum, verum otiam in corum elegantia, splendore, ac magnificentia, ut ita dicam, exhorrui. Verum, non possum fasis intelligere, quomodo illa vis ingenii, doctrinæ, eloquentiæ, illa admirabilis, ac prope divina ad poesim indoles, tot virorum, qui tum in Italia, tum Rome magnum in literis nomen babebant, notitiam effugerit. Vivebat ea tempestate Sigonius vir longe dolliffimus : Angelius Bargaus, ac Petrus Magnus ad fummam Poetica facultatis laudem efflorescebant: magno erat in bonore Paulus Manutius, ob latine scribendi prastantiam : M. Antonins Muretus tradendis eloquentia, omnisque eruditionis praceptis: primas Romæ tenebat Antonius Quærengus versibus elegantissime scriptis, optimi Poetæ famam sibi con-

#### ERYTHRÆI EPISTOLA. XXIII

secerat: vigebant præterea docti, eruditique alis Viri complures, cum in scribendo, tum in æstimandis bominum ingeniis, judicio, prudentiaque præstantes, quibus si suis ille scriptis notus suisset, eorum ad se studia convertisset, amorem allexisset, locupletissimumque ab eis laudum suarum testimonium expressisset. Neque illud reti-Eum est nobis, ut dicamus, ejus nomen Bergomi, Brixiæque tantum finibus contentum nusquam foras exisse; nam eripiunt banc nobis refponsionem Eclogæ ad Paulum Teggium missæ, que non vulgarem ipsi cum illo amicitiam, atque etiam literarum usum fuisse testantur ; ac potuisset bic Teggius, pro ea qua plurimum apud omnes aufforitate valebat (erat enim Jacobo Boncompagno Soræ Duci ab epistolis, ac prudentia, judiciique acumine ceteris anteire putabatur) potuisset inquam celebre ejus nomen efficere, nist dicamus bomini summis negotiis atque infinitis propemodum occupationibus distento, non satis fuisse otii, ad illum doctis, & illustribus viris, sua commendatione tradendum. At ego veram bujus ignorationis fuisse causam existimo singularem illius modestiam, cum summa pietatis laude conjunctam. Homo videlicet demissus, suique despiciens omni erat in id cura, & cogitatione intentus, ut parvulus sibi grex a Deo commissus ne tantulum quidem a custodia sua desereretur. Quamobrem maluit, tot illustrium, & omni sapientia principum testimonio, atque adeo bac orbis terræ luce carere, quam pati ob inanem glo-TIE

#### XXIV. DE PUB. FONT.

violæ nescio, cujus cupiditatem studiumque desiderari a se operam, solicitudinem, ac diligentiam in suos. Sed cum in omnibus operibus suis. fummus mibi Poeta, atque admirabilis videatur. tum in Delphinide, quod opus, non dolatum, sed perfectum, non inchoatum, sed absolutum esse apparet, prope dixerim eum omnium sui ævi Poetarum gloriam antecessisse: nibil in eo carmine desideratur, quod ab ingenioso, docto, ao sacundo Poeta vel inveniri acutius, vel disponi aptius, vel explicari ornatius, vel tractari sublimius possit. Omnes in eo verborum, omnes sententiarum illigantur lepores, omnes veneres floresque funduntur. Omnes in eo Poetics numeri ad aurium voluptatem aptiores explentur; mira in eo (quod in beroico carmine primum ducitur ) amplitudo. ac majestas aspicitur. Verum ita ejus sermo grandis est verbis, ut nullo tumidæ, & inflatæ orationis vitio laboret; ita sententiis elatus, ut intelligentia aciem non effugiat; ita translationibus frequens, ut ab usitata transferendi licentia, vel insania potius abborreat; non ita cultum omnem, nitoremque perseguens, ut naturali, non sucato nitore resplendeat; ita ingenio indulgens, ut illud (quod ingeniosis bominibus difficile est) judicii censuræ subjiciat, neque specie boni decipi sinat. Ac vere illud me posse affirmare existimo, nullius mibi æqualium illius scripța venisse manus, qua a Virgiliano illo dicendi genere, amplo, atque magnifico propius absint. Ac legendus est bic Auctor, si quisquam alius, juventuti, ut

sb eo veram omnium omnis memoriæ Poetarum Principis imitandi rationem accipere; queque illius sunt propria, sui juris facere discat: quamobrem nibil est quod ille Pontanos, Fracastorios, Sannazarios, Vidas, nec quemquam eorum quos paullo superior ætas tulit, pertimescat: non enim video, cui ille debeat cedere, neque est eundum inficias, in quibusdam ejus operibus pauca quædam occurrere que non item ut reliqua latis le-Etorum intelligentiæ pateant, cujus rei caussas si indagare velimus, fortasse reperiemus esse verissimas duas; primum quod ea, qua Poetica venustate tractanda erant, in maxima rerum obscuritate versantur; deinde, guod operibus illis extrema nondum manus accesserat. Quamobrem si tibi est in animo, egregia non unius e multis, sed Poetæ prope singularis, monumenta typis, ut ajunt, mandare, nibil est, quod faciendum prius existimem; primum enim Poete prestantissimi memoriæ bonorem babebis; tum patriæ, quæ tibi communis cum illo est, pietatem præstabis; deinde ornamentum ac decus bonis artibus paries; postremo, optime de Italorum nomine, & existimatione mereberis. Evellenda est, inquam, M. Antoni, ex hominum mentibus opinio, que alte in quibusdam insedit, videlicet omnium bonarum artium patrimonium, quod totum nostrum est, jamdiu, aliud nobis agentibus, ad exteras nationes fuisse translatum; ac vix Italis veteris rumorem famæ relictum: nullam esse elegantem do-Erinam, nullum paullo expolitius opus, nullam

#### XXIV. DE PUB. FONT.

riolæ nescio, cujus cupiditatem studiumque desiderari a se operam, solicitudinem, ac diligentiam in suos. Sed cum in omnibus operibus suis. summus mibi Poeta, atque admirabilis videatur. tum in Delphinide, quod opus, non dolatum, sed perfectum, non inchoatum, sed absolutum esse apparet, prope dixerim eum omnium sui ævi Poetarum gloriam antecessisse : nibil in eo carmine desideratur, quod ab ingenioso, docto, ac facundo Poeta vel inveniri acutius, vel disponi aptius, vel explicari ornatius, vel tractari sublimius possit. Omnes in eo verborum, omnes sententiarum illigantur lepores, omnes veneres floresque funduntur. Omnes in eo Poetici numeri ad aurium voluptatem aptiores explentur; mira in eo (quod in beroico carmine primum ducitur ) amplitudo ac majestas aspicitur. Verum ita ejus sermo grandis est verbis, ut nullo tumidæ, & inflatæ orationis vitio laboret; ita sententiis elatus, ut intelligentiæ aeiem non effugiat; ita translationibus frequens, ut ab usitata transferendi licentia, vel insania potius abborreat; non ita cultum omnem, nitoremque perseguens, ut naturali, non fuçato nitore resplendeat; ita ingenio indulgens, ut illud (quod ingeniosis bominious difficile est) judicii censuræ subjiciat, neque specie boni decipi sinat. Ac vere illud me posse affirmare existimo, nullius mihi aqualium illius scripta vehisse in manus, qua a Virgiliano illo dicendi genere, amplo, atque magnifico propius absint. Ac legendus est bic Auctor, si quisquam alius, juventuti, ut

ab eo veram omnium omnis memoriæ Poetarum Principis imitandi rationem accipere; quaque, illius sunt propria, sui juris facere discat: quamobrem nibil est quod ille Pontanos, Fracastorios, Sannazarios, Vidas, nec quemquam eorum quos paullo superior ætas tulit, pertimescat: non enim video, cui ille debeat cedere, neque est eundum inficias, in quibusdam ejus operibus pauca quædam occurrere, que non item ut reliqua satis le-Ctorum intelligentiæ pateant, cujus rei caussas si indagare velimus, fortasse reperiemus esse verissimas duas; primum quod ea, qua Poetica venustate tractanda erant, in maxima rerum obscuritate versantur; deinde, quod operibus illis extrema nondum manus accesserat. Quamobrem si tibi est in animo, egregia non unius e multis, sed Poeta prope singularis, monumenta typis, ut ajunt, mandare, nibil est, quod faciendum prius existimem; primum enim Poeta prastantissimi memoriæ bonorem babebis; tum patriæ, quæ tibi communis cum illo est, pietatem præstabis; deinde ornamentum ac decus bonis artibus paries; postremo, optime de Italorum nomine, O existimatione mereberis. Evellenda est, inquam, M. Antoni, ex hominum mentibus opinio, quæ alte in quibusdam insedit, videlicet omnium bonarum artium patrimonium, quod totum nostrum est, jamdiu, aliud nobis agentibus, ad exteras nationes fuisse translatum; ac vix Italis veteris rumorem famæ relictum: nullam esse elegantem do-Brinam, nullum paullo expolitius opus, nullam

### xxvi De Pub. Font:

uberem , ornatam , copiosamque orationem , nist eam, que a transalpinis regionibus vento borea profecta, ad nos perveniat. Atque adest Fontana tuus, qui eos possit, quos bæc opinio deti-neat, ab eadem avellere, ac fateri, vel invitot sogere, residere apud nos adbuc veteris eloquentiæ possessionem, vigere in Italia studia literarum, atque a præstantissimis nostrorum bominum ingeniis ea interdum prodire, quorum pulchrisudinem suspiciant omnes, admirentur, ac nibil eisdem sieri posse persectius, exclament. Ac, meo quidem judicio, vir talis, ac tantus, qui summo patriæ suæ. bonori, gloriæque fuit, mereri videtur, ut ab ea vicissim bonoribus, ac pramiis decoretur; si nibil aliud, saltem ut illi ex publico decreto, te impulsore, te duce, praclara bominis scripta oblivioni eripi, ac formarum, 19porumque beneficio, omnis posteritatis memorià tradi decernatur'. Et sane Bergomatum Civitat, que semper, tanquam secunda genetrix, illu-Strium in omnis virtutis genere virorum partus edidit uberrimos, est, quod vebementer glorietur, uno, eodemque tempore duo ex sese Poeticæ sa-cultatis gloria omnium longe clarissimos, prodiisse, (que laus aliarum Civitatum, quod sciam, contigit ante ipsam nulli ) Torquatum videlicet Tassum, quem epicorum Poetarum, Hetrusca lingua loquentium, facile principem ponimus, & M. Publium Fontanam, dignum, quem in primis veterum Poetarum ordinibus collocemus. Quamobrem e re Bergomatum publica esse censes dare

ERYTREI EPISTOLA. XXVII
dare operam omnes, ut parta ipsis per eum
gloria, stabilis atque eterna permaneat; neque
perpeti, tot ipsi etiam antiquitati, miris operibus
temporis injuria interceptis, optime de se meritis
Civis nomen, & samam in oblivionem adduci.
Vale.

XI. Kal. Augusti MDCXXXIX.



### SELECTA

### ILLUSTRIUM VIRORUM

DE

## M. PUBLIO FONTANA

BERGOMATE TESTIMONIA.

## NEVELE

Ex Joanne Andrea Quenstadio de patriis illustrium doctrina, & scriptis Virorum pag. 303.

Palusci, quod est Agri Bergomatis Oppidum, natus est Publius Fontana Presbyter, qui (verba sunt Auberti Mirzi de Scriptoribus Szculi XVI., Cap. 160.) ad Virgilianum scribendi genus serebatur, tanta sili majestate, tanta verborum grandium amplitudine, tanto sententiarum apparatu, ut si contingeret, quod cum iis, qui nostra, patrumque memoria, Poetarum principes extiterunt, in contentionem de primatu veniret, non Pontanos, non Vidas, non Fracassorios, non Sannazarios, non alium quemque metueret. Plurima scripsit opera vario carminum genere, sed przesertim heroico.

CEED CEED

Ghi-

- - ?

Ghilini Teatro degli Uomini Letterati.

DUblio Fontana Prete, Sacerdote per integrità di vita, e per candidezza di costumi riguardevole, ed esemplare su per turti li rispetti un gran lume della Città di Brescia \* sua Patria; la natura gli diede un tardo sì, ma sublime ingegno, col quale attendendo agli studi delle gravi scienze, riusci uno de' più eccellenti Dotti del suo tempo; il che viene confermato dalle bellissime Opere dal suo fertile intelletto uscite. Dopo aver nelle dottrine faticato molto, davasi per ricreazione dell'animo alle belle Accademiche Lettere, nelle quali più d' ogn' altro studio faceva diligentissima professione. Passava una mirabile corrispondenza d'affezione tra esso, e Francesco Olmo padre delle belle Lettere, e Filosofo di gran nome; ed essendo andato il Fontana a Desenzano, Terra del distretto di Brescia. per godere le delizie del Ligo di Garda in compagnia dell' Olmo, finì in quel luogo i suoi giorni, e la sua perdita su dagli studiosi ingegni sospirata. Quanto egli valesse nell' una, e nell'altra lingua, così nella Prosa, come nella Poesia, benissimo lo dimostrano i componimenti suoi; che per li meriti delle bellezze loro, furono degni di comparire in pubblico, e si acquiitano una gran lode presso a tutti i Letterati, ec.

<sup>\*</sup> Emendandus Ghilinus, qui Brixiam in Fontana Patriam perperam agnavit.

Cal-

Calvi Scena Letteraria degli Scrittori Bergamaschi. Parte prima, pag. 450.

Alosco Terra del Distretto di Bergamo, benchè in Spirituale alla giurisdizione di Brescia soggetta, fu resa dalle stelle fortunata l'anno 1548. alli 18. Gennaio nella nascita di Publio Antonio per lettere umane famoso, e versi latini segnalato, ec. Riportò dal sagro Fonte il nome di Marco Publio, quantunque l'uso col solo di Publio l'addimandasse che cresciuto negli anni passò dagli studi delle lettere umane, imbevuti in Chiari, sotto la direzione di Pietro Rossi a quelli delle maggiori scienze, che in Brescia raccolse; onde dopo essetsi persettamente della Greca, e Latina lingua reso padrone. s'applicò alle Matematiche, e Medicinali socculazioni, che perciò nodrì un giardino per più di trecento Semplici, e questi de' più peregrini celebratissimo, avendo al dottissimo Semplicista di Padova Melchior Guilandino scoperto di molti l'errore nella cognizione dell' Absinthio Pontico, ec. Ma nel verseggiar latino con sì eroica vena mottrò l' altezza de suoi ammirandi pensieri, che correva appo gl'intendenti la fama, sosse dalle rive del Cherio, ed Ollio sorto un novello Virgilio, ec. Fin dall' anno 1569, su dal Vescovo Bollani eletto Curato nella sua Patria di Palosco, di cui ne prese alli 17. Aprile il possesso, ec. Esercitò con se ice fortuna l'ingegno negli Archi Trionfali superbamente dirizzati al Cardinale Morosini Vescovo di Brescia nel suo ritorno di Francia, ec. Per tal occasione venne con grazioso privilegio alla Bresciana Cittadinanza aggregato, onde poi appresso molti ne passà la fama, che Bresciano fosse, quantunque l'origine, la patria, i parenti, la famiglia, la

na-

nascita lo dichiarassero Bergamasco, ec. L'anno 1609. su il suggello della vita di Publio, che trasseritosi l'Ottobre in Desenzano per goder dell'amabile, e gioconda conversazione dell'Amico Francesco Olmo, preda rimase d'infermità mortale, che all'estremo lo condusse. Così con Cristiane forme, e religiosissima esemplarità la notte del Martedi 10. Novembre spirò con fronte lieta e viso ridente l'anima, lasciando, che il corpo sosse indiala sua Parrocchiale di S. Lorenzo di Palosco, di cui era stato quarant'anni Rettore, trasportato.

## Dal Volume primo delle Effemerdi dello stesso Calvi pag. 108.

18. Ennaio 1548. Giorno natalizio del famorio fo Marco Publio Fontana, uno de'primi Letterati della Patria, che co' luminosi splendori di facondissima eloquenza, e general possesso di tutte le più nobili facoltà, l'Italia tutta illustrà.

### Dal Volume terzo delle stesse Essemeridi pag. 284.

Uaranta e più anni resse la Chiesa di Palosco Publio Fontana della medessma Terra nativo, e quanto onorò la Patria con le peregrine virtà sue, per le quali caro si rese a' primi Personaggi d'Italia, ed illustrò le Stampe con chiari lumi delle sue dottissime composizioni, altrettanto con le virtà morali ed integrità de' costumi, scala si fece per l'acquisto della gloria, stimato, e venerato da tutti non meno per un simolacro di bontà, che per esemplare del sapere.

Leo-

Leonardo Cozzando, Libreria Bresciana, pag. 295.

DUblio Fontana Religioso secolare di vita innocente, di conversazione dolce, di pratica affabile, nemico delle doppiezze, amico della fincerità; su dal Vescovo Bolani di Brescia satto Rettore della Chiesa Parrocchiale di S. Lorenzo di Palosco, Terra del distretto di Bergamo in Temporale, di Brescia in Spirituale, ed ebbe un ingegno così versatile, ed acconcio per apparar qualsivoglia icienza, ed ornarsi l'intelletto d'ogni più rara, ed isquisita cognizione, come attualmente col tempo sece, che sembrò quella gran Donna de' Cieli veduta dal Profeta Davidde di ben mille varietà adorna. Si dilettò assai di belle lettere, e scrisse così in profa, come in verso molt' opre, che anno inconrato gli applausi de' dotti nell'una, e nell'altra lingua. Paísò à goder quella vita, che è vera vita l' anno 1609. in Desenzano, dove s'era portato alla cara, e virtuosa conversazione di Giovan Francesco Olmo, che era l'Apollo de Letterati, e la sua abitazione l'Ospizio delle Grazie. Scrisse la vita di Marco Publio Fontana Odoardo Micheli da Gandino stampata in Bergamo per Comino Ventura 1615.

Dalle Lettere del Signor Ostavio Rossi. In Breseia per Bastolommeo Fontana 1621. in 8. pag. 148.

### A MONSIGNOR PUBLIO FONTANA A PALOSCO.

On troppo nobil maniera m'accenna V. S. tra le lodi, che si compiace di darmi, l'obbligo indelebile, ch'io devo al valor suo cortessimo e leale. M'ha dato nome di Vita. Che posso dir più de suoi versi bellissimi? Signor Fontana, questto è grandissimo testimonio d'animo generoso, perchè non riguardando ad alcun mio merito, V. S. mi sa conseguire l'Eternità. E se ben ho senso intorno alla ricognizion d'obbligo tanto singolare e perpetuo; nondimeno non ho il modo per giustamente ringraziarla. Son imprese dell'amor suo. Mi rincresce che non mi sii capitata questa composizione due ore prima, che l'avrei mandata al Signor Leoni a Vinezia, al quale so, che sarebbe parsa miracolo delle Muse, e parto del Cielo. La ricapitarò sa ed altrove; perchè questa volta voglio con la corona di V. S. acquistarmi un chiazzo trionso. E le bacio se mani affettuosamente.

Dalle Rime di D. Grisostomo Talenti Monaco di Vallombrosa. In Bergamo per Comino Ventura 1602. in 16. pag. 144.

#### AL SIGNOR PUBLIO FONTANA.

Centil Fontana, ond' in più nobil vaso,

E in più bel monte i gloriosi ardori
Tempra oggi il mondo co' soavi umori,
Di cui ne enera il volator Pegaso:
Pèrchè, se impetra dal tuo gran Parnaso
D' immoreal sama ogn' altro eterni onori,
Ha il sel mio nome pur fra densi orrori
Del soso Lete ancor perpetuo occaso?
Deb poi c'ha del tuo Pindo, ond' al ciel s' erga
Ogni altrui gloria, al sol mio puro affetto
Non sia 'l savor di tue dolci acque avaro;
Che sel, che di tue grazie il sen m'asperga
Picciola stilla, del mio soso petto
Fosse ancor sia l'istel mo sol men chiaro.

Dalla Vita dell' Autore scritta da Odoardo Micheli, e premessa al Trattato del Fontana del proprio ed ultimato Fine del Poeta. In Bergamo per Comino Ventura 1613. in 4.

Latina, ed Italiana, e in tutte queste scrisse con molta lode, ma più in queste due ultime, ogni sorte di versi; ma nel verso Latino eroico riuscì in tanto mirabile, che gl'intendenti dicevano esser dalle rive del Cherio, e dell'Ollio sorto un nuovo Virgilio. Laonde l'eccellentisse e dottissimo Signor Sillano Licino Dottor di Leggi, ed ornamento singolare della Città di Bergamo, leggendo alcune Opere Eroiche, che in testimonio dell'eccellente dottrina ed eloquenza di questo grand'Autore ha la Stampa consecrate all'immortalità, preso da mirabil stupore, proruppe in queste veraci e sentenziose parole:

Nomine te Publi afflato dixere Parentes,
Publius es siquidem carmine Virgilius.

Le quali poste si sono sopra il ritratto di detto.
Publio.

Dalla Lettera dedicatoria de' quattro Discorsi di Publio Fontana impressi in Bergamo da Comino Ventura l'anno 1601. in 8., e dal medessimo indirizzati all'eecellentissimo Filososo e Dottor dell'Arti il Signor Glo. Batista Persone.

Mando a V. S. Eccellentissima quattro Discorsi, anzi per meglio dire, quattro Gioleben artissiciosamente composte, ma tuttavia di grand'avvantaggio più sine, e più preziose di quan-

ILLUSTR. VIROR. · XXXV te naturalmente ne producessero mai l'Indie Orientali. Nè dubito punto, che tosto ch'ella sappia, che il fabbro suo sia stato il molto Mag. e M. R. Monsig. Publio Fontana, non sia ciò per concedermi graziosamente; posciachè lui nobilissimo intelletto dichiarano tante varietà e profondità di dottrine, di che non pur è colmo, ma profusamente inonda. E faccianmene fede questi soli Discorsi, ov' hanno parte tutte e tre le più sovrane Scole, Pitagorica, Accademica, e Peripatetica, senza che s'adducano in prova tante sue vaghissime e dottissime Poesie e Letture nell' una e nell' altra lingua stampate e non stampate; e senza che s'argomenti dagli onori a lui meritamente fatti dall' Illustrissima Città di Brescia, così in averlo onorato con doni pubblici, e dimostrato con segni illustri di averlo nel suo proprio corpo ricevuto: come anco in aver al solo suo valore fidato il carico tutto di ricevere solennemente l'Illustrissimo Cardinal Morosini Vescovo di essa, nell' entrata, che fece dopo il ritorno suo di Francia: il quale riusci con molta maraviglia di tutti quelli, che lo videro, e di chi hanno letto in istampa quanto per esso in quella occasione su operato.

Ex Auberti Mirai Script. Saculi XVII. pag. 263. Hambutgi apud Christ. Liebezeit 1718. in fol.

DUblius Fontana Presbyter, Palusci, quod est agri Bergomatis oppidum, natus ad Virgilianum scribendi genus ferebatur, tanta styli majestate, tanta verborum grandium amplitudine, tanto sententiarum apparatu, ut si contingeret, quod cum iis, qui nostra patrumque memoria Poetarum principes extiterunt, in contentionem de primatu ven

niret, non Pontanos, non Vidas, non Fracastorios, non Samazarios, non alium quemque metueret. Homo natura quietissimus, ac libertatis
amator, cui idem erat propositum ac Regibus, ut
ne qua re egeret; ac ne cui obtemperaret. Otium
foli patrii, & amænitatem opibus Aulæ prætulit.
Florebat Clemente VIII. Pontifice. Obiit cum
duos, & sexaginta complesset annos, pluribus egregiis operibus, vario carminum genere, set præfertim heroico scriptis, quæ partim ipse ediderat,
partim MSS. continebat.

Jugemens des Savans sur les principaux ouvrages des Auteurs par Adrien Baillet, corrigez O' augmentes par Mr. de la Monoye. Tome IV...

primier parsie. A' Amsterdam aux depens de la Compagnie 1725.

în 12. a cart. 471.

### PUBLIO FONTANA

Prêtre de Bergame, natif de Bresse, selon Gipolamo Ghilini, ou plutôt de Palusco au Bergamase, selon Victorio Rossi, mort l'an-1600. agé de 62. ans. Poëte Latin & Italien.

1380. Si cet Auteur avoit été plus curieux de la gloire que les Poëtes ont contumé de chercher dans ce monde, par le moyen de leurs vers, nous autions un affes grand nombre de Poëses qu'il a faites en l'une & en l'autre Langue, & qu'il a défaites ou tenuès suprimées de son vivant. De forte que ce n'est qu'a sa mort que nous sommes redevables du reste que Marc'Antoine Foppa de Bergame a tâché de recueillir, & qu'il publis pour saire honneur à son Pays.

Le principal de ces Poëmes est sa Delphinide Latine divisée en trois Livres, Ouvrage beaucoup plus travaillé que les autres. Il a de la grandeur, de la moblesse, & de l'elevation dans son style, qui semble avoir été plus propre pour décrire des combats & des victoires, que pour des sujets ordinaires de la vie civile & commune. La beauté se trouve jointe à la force dans ses pensèes; & les Critiques jugent que s'il s'agissoit d'examiner le quel d'entre les Poètes modernes a le plus approché de Virgile, on trouveroit dans Fontana de quoi faire de la peine à Jovianus Pontanus, à Sannazar, à Vida, a Fracastor, & per consequent à tous les autres.

Ex Epistola dottissimi Principis ANGELI MARIÆ CARD. QUIRINI S. R. E. Bibliothecarii &c. ad V. C. Jo. Chrysostomum Trombellium S. Salvatoris Bononia Abbatem.

Um superiori hebdomade cum Præsule Almæ hujus Urbis spectatissimo, atque admodum erudito ALEXANDRO FURIETTO Bergomate, suaves vespere quodam sererem sermones, incidit mentio de adornata ab ipso Gasparini Barzizii Operum accurata valde editione, quod hanc scilicet commendatam deprehenderem in Differtatione Epistolica della Letteratura Ravennate, quam, Prafule illo ad me ingresso, ante oculos habebam. Narravit nunc ille mihi, qua ratione, dum colligendis Barzizianis operibus vacaret, sibi forte fortuna tam beato esse contigerit, ut latitantem inter Codices manuscriptos Bibliothecæ Falconeriæ detegeret M. Publium Fontanam, Civem alium fuum, hujus scilicet carmina, utque libri illius copiam fibi a Dominis fieri impetraverit, ac tandem quoXXXVIII TESTIMONIA

modo corundem exemplar ad Bergomates fuos transmiserit; iique in præsens editioni illi excudendæ incumbant ad augendum Parriæ decus; nam summa, ut ait Petrarcha, Pansa laus sola virus est Civium. Quum autem Præsulem de carminum illorum præstantia sciscitater, reposuit ille mini, eandem profecto respondere laudibus omnino singularibus, quibus ea celebrantur in epittola quadam Jani Nicis Erythrei. Vix id accepi, manus admoveo Collectioni ejusdem Erythræi epistolarum, nuperrime editæ anno videlicet 1749. ab Joanne Ghristiano Fischero, Philosophiæ Doctore, & Athenxi junta Salam efflorescentis directore. qua me Vir ille Clariffimus omnino recens donaverat. postquam mihi eandem humanissime inscripsisset. Nactus in eo libro Epistolam's quam quarebam, exhorrui propemodum ad laudes, quibus Fontanæ carmina ibidem exornari comperi. Annon exhorfuissem, quum & ipse Erythræus fateatur, se exhorruisse in eorum carminum elegantia, splendore. & magnificentia? Annon exhorruissem, quum affirmari ab Erythreso legerem, nihil esse quod Fontana Pontanos, Fracastorios, Vidas pertimescat? nihil esse quod ex Virgiliano illo dicendi genere amplo:, atque magnifico fui juris non fecerit Fontana in heroico Delphinidis Poemate? Horror ille effecit, ut tota ferme ea nocte, quæ subsequuta eit Epistolæ illius lectionem, & habitum cum Furietto colloquium, Fontanam præ oculis somniando habuerim, urque mane experrectus epistolio ad eum, Prasulem transmisso, petierim ab iplo Falconeriæ Bibliothecæ Codicem illum cum communicario; tanta Fontanz carminum legendorum, antequam etiam e Bergomatibus typis prodirent, cupiditate æstuabam. Nondum ille eum Codicem Falconeriis reddiderat, ac proinde modus ei

ILLUSTR. VIROR. XXXIX ei non desuit votis meis illico satisfaciendi. Horum compos effectus, ca carmina incredibili cum voluptate huc & illuc perlegere coepi y hæcque in immensum propemedum aucta eft , postquam inter illa occurrit mihi breve quidem, sed maxime elegans, sublime & ingeniosum, in Matcum Marinum Thesauri de Lingua Sancta conditorem, Poema. Hoc illud ipsum est, quo te munerari hoc loco, Trombelli, decrevi, ut grati animi vices quoquo modo rependam liberalitati, qua mihi beneficia superius recensita, præsertim vero Psalmorum Marinianorum, præstitisti? Debitas grates eo iplo munere rependere optimo & præstantissimo Præsuli mihi videbor, quod nullus dubitem vulgatum a me in antecessum specimen diving ad poesim indolis civis sui , gratum sit ei suturum ; suisque Bergomatibus. Brixianis etiam meis jucunda esse debebit ea vulgatio, quod Fontanam, st non ortus, Brixianum tamen reddiderit facrum seu Parochiale ministerium, quod ille intra Brixianæ Diœcesis fines, in oppido videlicet Palusco. prope Ollium flumen, & quidem per annos quadraginta, administravit. En Fontanz carmen, cui titulus: Ad Marcum Marinum in ejus Thesaurum de Lingua Sancta.

### Dicite felices anima &c.

Hoc a me Fontanz Poesis specimine in medium prolato utinam Dicecesis mez Parochi omnes magno desiderio incendantur, ejusdem lucubrationes, ut primo in publicam lucem exierint, sibi comparandi, indeque documentum capiant, curam Christiani gregis, qua occupantur, convenire posse cum studiis literarum etiam culticrum; nam Poesis a Fontana exculta nihil obsuit, quin bene officio suo sacro

XL TEST. ILLUSTR. VIROR.

sacro fungeretur. Utinam etiam Brixiani omnes memoria retineant, quod ipsis modo de Fontana fignifico, verbis utens Erythræi, Legendus est bie auctor, si quisquam alius, juventuei, ut in eo veram omnium omnis memoria Poetarum principis (Virgilium paullo ante nominaverat) imitandi rationem accipere, quaque illius sunt propria, sui juris facere discat. Utinam tandem Itali universi intelligant, omni ope a nobis curandum, quod utique feliciter præstitit Fontana, ut evellatur ex hominum mentibus opinio, quæ alte in quibuldam insedit, videlicet Omnium bonarum artium (verba Erythræi hic quoque usurpabo) patrimonium, quod totum nostrum est, jamdiu aliud nobis agentibus, ad exteras nationes fuisse translatum, as vix Italis veteris rumorem fame esse relitum. Ut conatus istos quo enixius fieri potest, in hanc rem adhibeamus hac tempestate, stimulo nobis esse debet, Orthodoxorum, Italorum præsertim literaturæ patrocinium, quod a Batavo Scriptore Cornelio Vonck ante paucos menses disertissime susceptum suisse, in mea ad Isselium Jurisconsultum Basileensem Epistola indicavi .



MAR-

# MARCI PUBLII FONTANÆ

DELPHINIS

A D

JOANNEM DELPHINUM

Brixiz Episcopum.

## 

 $e^{-i\epsilon t}$   $e^{-i\epsilon t}$ 

· March Control

### FABULÆ ARGUMENTUM.

A Mphitrite Nereidum pulcherrima, cum a parentibus, Neptuno, ejus amore flagranti, se nuptum dari rescivisset, suga virginitati suæ consulens, in Atlanticis Insulis prodita est delituisse. Quo misso Delphino, cum eius opera, O suasu factum esset ut nuptiis assentiens, ad Neptunum reduceretur, tanti ob meriti memoriam, Delphinis signum a sove in cælestium Astrorum numerum translatum memoriæ proditum est. Ex hac igitur ab antiquis illustri memorata Fabula, actio, O persona, quibus totum Poema constituitur; atque ab ipsamet persona, dedutta est Delphinis Inscriptio.

A 2

Lı-

### LIBRI PRIMI ARGUMENTUM.

DElphinus ab Ægæo in Atlanticum Mare provectus, Therin O'
Oceanum parentes convenit, qui ubi adventus sui caussam aperuit, rogatus a Patre, narrat in mensa multis Fluviorum numinibus accumbentibus, quemadmodum Neptunus Amphitriten adamarit: deinde quemodo Proteus, cum illa per finitimas Regiones
quasita, terra, marique nusquam inveniretur, omnem per Libyæ sines ejus sugæ cursum, persugiique ad Hesperidas locum detexerit.



DEL-



## DELPHINIDOS. 1. PUBLII FONTANÆ

A D

## JOANNEM DELPHINUM

Brixiæ Episcopum

LIBER PRIMUS.

(AXXI)

UÆ super immensos cæli septemplicis orbes,
Magnus ubi astrorum sinuat se lucidus ordo,
Uranie volitas, rerumque arcana recludis,
Dic mihi Delphini studium, quo silia Nerei
Consortem thalamum ascendit, magnumque cubile
Neptuni: unde ingens non uno sidere Delphin
Illatus cælo stellis in millibus ardet;
Delphinique Patres genus alto a sanguine ducunt;
Hoc meminisse etenim, & patrio deducere Olympo
Diva potes: memoret lustris venientibus ætas.

Nune adeo Delphine Pater, quem flumine toto Tibris amat, totisque sonat vetus Adria ripis, DELPHIN. LIB. I.
Si te prisca movet laus, si te sideris hujus
Tangic hosos, vacet his brevibus testantia chartis
Edignem famam monimenta audise tuorum;
Dum pia concipiens sesso tibi maxima plausu
Glucia mansuras instaurat Brixia Sedes.
Jumque cupit sacris redimitum tempora vittis
Spectatum virtute Patrem selicibus orsis
Te sisti ante aras, arisque imponere honorem.

Jam maris Herculei fauces coeuntia longe Offia; keta confors Divítm, delecta juventus Liquerat, & bijuges finuatis requora caudis Atlantis magni læva de parte fecabant; Cum nitidam refoluta comam Oceanitis Acasta Advolat, & Thetin niveis complexa lacertis, En Rua; mater, ait, Delphinus maxima cura Invehitur pelago, juvenum stipante caterva, Quippe domos vitreas penetrare, & tendere cursum Sub mare Delphines nostra hæc ad limina vidi.

His commota super materno pectore Thetis Surgit ab undoss scetu comitata sororum Procedens thalamis, nec longe ab limine primo Delphinum susse circum complectitur ulnis, Amplexuque sovet natum, astantesque subinde Blandius affata est Comites: vos omine tanto, Quando hac advecti o magno superaddita Regi Fida manus Divum, Phorci justissima cura, Audete hospitio paribus succedere tectis. Non ego vos, natumque ullo discrimine habebo: Sic sitt, & pariter gressum sub necta ferebant.

Solomni itunc forte diem celebrabat honore Oceanus, sibi qua geminos complexibus axes Subdiderat, toto cum surgens equore sundo, Et glaviale solum, diductoque obice Calpen Irrupit, terrisque alte insultavit apertis. Hic amnes rigida boreali a sede prosecti Canescunt glacie; hic alio de vertice centum

Qua

Qua stellis adversa nitet majoribus Arctos,
Assistant, cæca obducti caligine frontem,
Ignotique Lacus: Pater ipse insede rigenti
Crystallo ex alba, solio spectandus ab alto
Oceanus residet, qua insigni regia cultu
Aula pater, fornixque nitet mage splendida vitro.
Postquam introgressi juvenes, & maxima Tethis,
Assurgunt de more Patres, tacitusque Senatus,
Et Dominam cum prole nova venerantur: at ipse
Se attollens Genitor, venientes lumine blando
Invitat, quæ dicta serant, mandatave portent
Exposcit, fruiturque oculis, ac pectore toto;
Dum breviter contra Delphinus summam

aperit rem!
Venisse Atlantis magni perquirere fines,
Neptuni imperio, almæ ubi Doridis Amphitrite
Filia delituit, dum sacris jungere tedis
Hanc rex ipse sibi miro properaret amore.
Hæc memorat: tanta hæc Genitor sub corde volutat.

Interea candens solido de marmore mensa Aulai in medio exstruitur; jamque atria servent Regali strepitu, manibus dant ordine lymphas. Principio senior sedet ipse, hine aurea conjunx, Post alii proceres, series longissima Divum Accumbunt epulis, Nymphæ per testa frequentes Muneribus mensas onerant, paterasque madentes Floribus impediunt, ac vina liquentia sundunt.

Ast ubi primaquies dapibus, mensæque secundæ Dona vocant, gaudesque mora iam sola voluptas. Et læta aula sonum vario sermone volutat; Tum Pater Oceanus iampridem mente moratus Ore resert: non hæc Divi sine numine multo Evenisse putem, ut convivia dum annua vobis Hæc de more paro, gemino quos cardine tantum Extremi plaga summa poli circumspicit alte. Affuerit nobis, tantæ qui gaudia samæ

An-

DELPHIN LIB. I.

Annuat, & longe prædicta oracula solvat: Scilicet ipse animo jamdudum fata revolvens Illa, olim Delphis tibi quæ fidissima conjunx: Ad Tripodas sacros cecinit consultus Apollo: Audeo nunc (modo si mens est sibi conscia veri) Dicere quod nobis aliquando optantibus illum Advexere diem summi radiantis Olympi; Siderez luces, fatorum, orbifque ministrz, Quo Nerei proles nostraque e Doride nata Marmoreo affurgat thalamo magni Engoligzi, Unde tuum, Delphine, micet super athera nomen. Et vos majores detis vaga Flumina lymphas. Quin age dic tantos, dic, Nate, ab origine amores Neptuni, duramque fugam, latebrasque retectas Pulchræ Amphitrites, rem nobis ordine pandas; Quippe unus, cui ferre dedit mandata per altum Rex pater, & secum sociis adnare catervis, Cuncta tenes, regni tu præsens maxima curas. Et nunc pascit equos vasto sub gurgite Phœbus, Atque oræ fuperæ tenebris densantur opacis. Nec nisi te prima revocant sub luce labores. Sed pateris date vina prius, laticemque lyæum. Communesque vocate Deos, hæc qui omnia firment Talibus auspiciis: dicetur maxima semper Ista dies, & erit nobis hæc maxima semper; Dum mare ceruleum, terræ non mobile pondus Alluet, Imperiumque Pater Neptunus habebit. Sic deinde effatus magnum cratera coronat, Et laticum undanti dextra libavit honorem. Inde alir Proceres, animosque hoc omine tollunt, Et plausum ingeminant. ut facta silentia, prudens Delphinus spes magna Patris, cui læta juventæ Gratia inest, lumenque oculis, cui lactea fandi. Copia, cui charites secundo e pectore manant, Imperio parens dictis sic ora resolvit.

Magua mones venerande Pater, dum facta recentes

An-

M. Pub. FONTANE. Nec vero abnuerim, tali aut me dignor honore, Sed virtute genus famamque extollere factis Degener haud fuero: Dii nostra hæc cæpta secundent; Ipse auctor tales videam, celebremque hymensos. At quando nunc tantus amor Pater optime, quanta Neptunum nunc cura premat, cognoscere ab ortu, Quoque modo Idalium trajecta per ossa calorem Hauserit; incipiam. Ægæo jacet Insula ponto Fluctibus in mediis, numerosas Cycladas inter, Hanc Dian primo, post Bacchi nomine ab ipso Dixere Argolici Naxon: nam fama sub antris Vitiferisque jugis Nymphas cunabula prima Bis geniti occuluisse Dei, atque alimenta dedisse. Ergo alacres hic forte chori, formosa propago Nereidum, Dryadumque manus glomerata, choreas Ducebat focias, curvi prope litoris oram, Qua largos resoluta sinus nova gramina tellus Fundit, & halantes alludunt floribus auræ. Dumque aliz lusu indulgent, alizque decentes Ungue secant flores, gremioque in serta reponunt, Herboso in strato consederat Amphitrite, Nereidas inter pulcherrima nympha forores, Humentes baccata comas, nudata lacertos, Qua Doris, vel magna parens nil blandius ambit, Blandius aut ulli ipfe arridet lumine Nereus. Huic fide comites Glauce Spioque, Saoque Certabant dare veris opes, & spargere plender Imbre finus, castæque novum decus addere formæ. Illa sedens vitrei stagnantem sontis ad mundam Gaudet inoffensos liquido sub gurgite vultus Ducere; nunc oculos cernentes cernere, & imis Brachia mergere aquis, simulacra fugacia captans. Qualis Acidalii vernanti in margine Cypris-Alma sedet, cumulo spirantis sulta hyacinthi, Cui circum triplici famulatur Gratia dextra.

Et nunc intextum solvunt, nunc rore madentem

DELPHIN. LIE. I. Depectunt erinem, & capiti discrimina ducunt, Nunc comtum vitta in nodum mira arte coercent. Cuncta Venus lymphis viva sub imagine cernit, Et molles titubant tacito sub pectore sensus; Dum passim teneri assiliunt per prata volucres, Et presse redolent beneolentes graminis herbæ. Talis erat, talis Nerine læta sedebat: Cum Pater undarum mensis digressus amicis. Formosæ Veneris, niveo qua marmore turres Ostentat Paphias Cyprus, tranquilla secabat Æquora nectareum spirans de vertice odorem: Hac sequitur Glauci chorus; hac socia agmina Phorei, Et variæ pelagi facies, scopulosaque Cete Humida gens Protei, circumque supraque rotantur. Et jam summa terens spumanti cerula curtu, Unde hiemes, ventique silent, tendebat in altum Carpathium, crebrisque legens freta dissita terris Linquebat læva Cretam, Minoia regna. Jam cadit a tergo Idæus mons; raditur alta Olearosque Parosque simul; jam Bacchica Naxos Erigitur; prepriulque oculos ad litora torquens Incaluit Nympham aspiciens Neptunus, & imo 12 -Frenzt equos; vultumque aciemque in virgine figite: Subridens atoto rifit clementia ponto. At virgo pudibunda, rubor cui plurimus ori Illuxit rofeo, ut vidit se lumine posci Ante alias (sed enim labefacta per ossa cucurrit Virgineus tremor) indignans qua sede moretur, Dejecit vultum; objecta & qua forte sub umbra Constiterant sociæ, trepido se se agmine miscet: Ac veluti cum Phœbus equis exurgit Eois; Et matutino perfundit lumine cælum, Luna rubescentes secum trahit ore colores, Hesperias dum plena cadens se condit in undas: Jamque ardent circum tremulis uda aquora flammis: 144 Sic

Sic pudor ille genis rabuit, sic ore nitenti Virgo recedebat, spannantem marmora possquam Conspexit Regem, stantemque ad litora vidit.

Tum servitor fecum in partes diducitur omnes; Infixosque animo vulcus in pectore versat Multa movens; optat thalamos, & fædera jungi. Jam, quæ certa satis menti sententia surgit, Corde notat, subitaque animum dulcedine pascit. Digreditur tandem, & curru dat lora secundo. Ille volat, finditque falum, tumidumque tonanti Axe premit, summis iple eminet arduus undis, Intendens trifida sublatum cuspide telum. Diffugiunt nimbi, purumque per aera ludunt Incinctæ Zephynis spirantes mollibus auræ. Lætitiæ dant signa oiti Tritones, & altæ Exultant rupes, sparfæque per æquora terræ. Hic mode Nisyron celsam, nunc sana revisit Isthmia, ubi tudos Ephyre, Megarisque propinqua Decertant, Samiosque videt sibi sacra ferentes, Et mactare nigros procurvo in litore tauros. Ast iterum relegit cursum, pontumque vadosum, Et juga sormolæ spectans acclivia Naxi, Credo equidem huc nos fata vocant, thalamig, morantur Connubii nostri celo manisesta sereno Fulsere: hec sunt satelis vestigia slamme.

Hæc fecum ore refert jac dein mihi talia mandat. Vade, age nate, petas grandævi ima ostia Nerei: Connubii leges, ac vinola jugalia cura: Dic mihi jura tori det ssavicomæ Amphitrites, Atque sibi generum, pelagi cui summa potestas, Asciscat; cupiatque suo de semine dici Consortem tanti Imperii, hæcque hortatibus imple.

Hæc ubi justa dedit, vasto renosantia sundo Tecta adii, antiquasque domos, & Nerea magnum, Spectatumque Patrem, Pelagi inculpabile numen Conveni, quæ Neptunus connubia poscat EdoEdoceo: spondet tedas, ac foedera firmat. Annuit his Doris, sacrum testantia soedus Dona capit, tanto illa simul dat digna marito. Talibus exultans donis, pactisque hymenzis Digredior voti compos, ac tanta reporto.

Nerine interea thalamis damnata futuris. Contactusque exosa virûm tedasque jugales, Nec matris monitis, nullo aut sermone movetur, Ac si stet duris annosa in montibus ornus: Mente adeo perstat, tanta est in pectore virtus Nulli virgineam labi submittere mentem. Quin, ubi nequicquam precibus pulcherrima virgo Contra stare videt, jam quæ mollissima sensit Tempora diffugii, dicta aversata parentum Proripuit sese, thalamisque mimica refugit. Qualis Cerva fugax, gaudens in valle reducta Pubentis herbæ tenerum decerpere gramen, Præsensit catulos longe, quos cura sagacis Venatoris agit, latratu exterrita montes Præpete contendit cursu, & nemora avia quærit. 11 Ergo illa in silvis, solisque in montibus errans Altorum memorum ibat virginitatis amorem 🐇 Intemerata colens, illam de more sororum Nulla sequebatur, sed sola per avia raptim Carpit iter, superat sola imperterrita cautes. Parte alia aquorea formosa e Doride nata Absentem sociam, absentem ut videre sororem. Extemplo trepidare animis, concussaque setu Pectora, tum late surgit lacrymabile murmur: Confusum dant stagna sonum, ripæque, lacusque. Flet Doris natam, desolatosque penates Multa querens, mœstoque vocat sua pignora luctu. Hinc subito vulgatur tota per æquora sama, Concurrent aliæ, it senior per limina Nereus Turpatus tristes immunda uligine vultus. Et sele incusat, tanto & se crimine damnat. Pro-

Protinus attonitis hos fletus auribus hausst Neptunus, lætos qui iam sperabat amores, Quamvis obstaret, quamvis adversa maneret Femineis animis & molli pectore virgo. Obstupuit, vultuque uno defixus inhæsit: Tantane vis animi juvenili in pectore durat? Me fugiat, dulcesque toros lætosque hymenæos? Nunc ubi tuta lates? quæ te non cognita longe Antra tenent virgo? aut qua te regione requiram? Sic ait, & magno pulsans vada salsa tridenti Infonuit, totoque excivit numina ponto. Audiit hesperiis vicinum Gadibus æquor, Herculezque hinc, atque hinc nutavere columnz. Audiit & toto quo extenditur Adria tractu, Et Cilicum fines, angustique ostia ponti, Et riguere Scythæ circum Mæotidis undam. Tum variæ pelagi facies, & nomina mille Accurrunt diversa locis, qua verbere sævo Æquora certa notant signum, Regique potenti Assistant, qui dehinc solio sic fatur ab alto.

Nequa mora esto, vos dictis parete vocati Dii Regni indigetes nostri: maria omnia circum Explorate citi, teneat quæ cæca locorum Nympha Amphitrite, ast doceat, latebrasque recludat, Num vestrum quisquam fugientem asciverit ultro. Quos ego; si versare dolos, si fallere Regem Usquam tentetis, Stygis inviolabilis undam Testor, & horrentes picea formidine ripas, Seu Dea, vel Deus ille fuat, nullo ordine habebo. Sentiet haud frustra pelagi me regna tenere, Molirique manu fævum ditione tridentem. Dixerat: & nulli visam simul ore frementes Corripiunt subito gressum spacia ampla petentes Diversi, dicto parent, ac jussa facessunt. At quos non aditus tentant, penetrantque recessus? Namque sub abruptis qua se se anfractibus altum Sub -

DELPHIN. LIB. I. Subducit, totoque silent freta cæca profundo, Quaque etiam extantes sinuata per æquora terræ Admittunt varios curvato litore flexus, Vestigantque vias, atque alta cubilia lustrant; Quam longe medium terris se immittit apertis Æquor, & in magnas effundit brachia partes. At labor effusus studio frustratur inani. Venator qualis, cui dudum in saltibus ardens Vis numerosa canum sectatur nare sagaci Lustra feræ, & sparsas vestigat floribus herbas, Iam prædæ aspirans arrectis auribus astat: Excipit ille procul mistas latratibus auras, Jamque huc impatiens oculos, jam dirigit illuc, Ingentemque jugis cursu descendere cervum Jam vidisse putat, speque haud eluditur una. Non aliter totis animis malesanus inhærens Neptunus Nymphæ qui iam responsa reportet Iple sibi fingit venientem, auditque, videtque. Nunc maris omne petit prospectum, numina si quæ Ad se iam videat properantia, non tamen usquam est Qui, vel quid certi doceat, vel vota secundet. Undique multa licet referant Dii; iamque parabant Lustrare Oceanum, rapidis circumfluus undis Qua vomit ardentes Phœbi, quaque excipit ignes, Et quantum elato glaciat sub sidere, quantum Subruit ignotis alio sub vertice terris Illidens atras per inhospita saxa procellas. Non tulit hæc domitor Saturnius æquoris alti, Ast sibi nequa moræ tulerint dispendia, jussit Protea tum sifti, atquesipsum iam numine multo Suspensum aggreditur, vatemque his impulit orsis.

Scis Proteu, scis ipse ut tedis omnibus unum Quicumque æternum degunt sub sluctibus ævum Prætulerim, qui una veluti sub imagine formas Rerum eunctarum divina mente teneret, Et sciret ventura loqui, atque arcana monere.

Nec

M. PUB. FONTANE.

Nec te clam est, quid te hinc cupiam, quæque abdita poscam;

Tu ne salle dolis, mutari desine velle. Ille ego sum, cujus tu immani corpore Phocas, Et genus armenti varium sub gurgite pascis. Accipe nunc Genitor, retulit quæ singula vates Carpathius, viresque pudoris virgine ab una Disce omnes: ergo his dictis affatus amicis Rex pater, ille oculos jamdudum lumine glauco Intorquens, gressuque labans, sic ora resolvit.

Quo refugis virgo? quid te natalibus undis Surripis? ah demens, non vani dona pudoris Carpit hymen, siste o magnos paritura Nepotes. Quos dat cognatis mox cælo accumbere mensis Juppiter; huc illuc per aperta pericula tanta Indeprensa fugit, Libycis qua sirtibus arva Prætendunt sese, qua multo flumine Cinyphs Errat, quaque vagus torpet sine murmure Triton. Nec sibi tuta statio, quam corniger Ammon, Incultusque tenet Garamas, ubi sola virentes Silva gerit ramos circumdata fonte perenni. Iam video infida trepidantem excedere terra. Ceu ventis correpta poloque illapía sereno Stella facem ducens liquido per inane volatu Fertur, & obstantem umbram longo limite sulcat. Haud secus illa sugit, slavi per colla capilli Rejectæque comæ volitant, atque aurea frondes Inter flamma micans longo dat lumina tractu. Quin omnem illa sonum trèpidans, lapsusque se-

rarum,
Auxilium, viresque vocat mœsto ore-Dianæ:
Da Nemorum Regina potens sine labe pudorem:
Da longos slexusque viæ atque ignota locorum,
Et dubios superare metus Latonia virgo,
Quippe incerta seror, solum-tu numen amicum.
Nunc tenet arentes, quas lentus sulcat arenas
Bra-

M. Pub. Fontane: Bragada, nunc penetrat Numidas, saltusque peragrat Massylum, quos victus alit de cæde ferarum Errantes, heu, ne qua manus scelerata capillos Implicitet, lanietque rubis nemus asper acutis Exuvias cari capitis: vos parcite fentes Lacteolo cruri, cunctantemque inque peditam Mittite, ne teneras (ah parcite) lædite plantas. Nerine infelix, quonam correpta pavore Ulteriora petis? te nigro concolor Indo, Atque exusta siti recipit Maurusia tellus. O quid agis, roseone ori, niveove nitori Sic parcis virgo? pulchros sol igneus artus Amburet, fuscumque trahent tua membra colorem. Vos Zephyri molles, tenues vos sensibus auræ, Aspirate auræ, atque avidum mollite calorem, Et decus eximii vultus defendite ab æstu: Spargite fontanos rores, Nymphamque fovete, Dum legit occiduas extremi litoris oras. Ah tibi, nequa latens squallenti pulvere dipsas Inspiret virus, talo dum mordicus hæret, Et subeas pulchræ Euridices miserabile satum. Jam tandem assideas, optatam carpe quietem Defessa acclinans muscoso membra sedili. Hic Libyæ extremi fines, solemque cadentem Accipit Oceanus: consiste; hic cæliser Atlas, Et fontes, qui rari Afris, silvasque comantes Sufficiet citri, & stillantia fontibus antra. Quid tibi nunc animi est? qua mens dum sola serarum Lustra colis virgo? & vitam nemus inter opacum Insuetasque domos trahis? aurea mala ferentes Formosæ Hesperides vix inter septa domorum Moerentem cogunt: nunc gressum fertque refertque,

Hic vates nutante gradu stetit : æquoreus Rex His animum arrectus dictis, fortisque futuræ

Evigilatque Draco: magnum ah quo numen aquarum Et Dominam terrore pudor devictus adegit !

DELPHIN. LIB. I. Lætus ait: quid fata velint, quæ sædera nobis Connubii jungant, proceres audistis: eundum Ad Libyæ fines, Antlanteosque recessus, Et fortunatas cælestum munere terras. Te vocat iste labor Delphine: haud ire recusa. Delectos comites exquiras, mique severum Concilies animum prudens, propriamque reducas. Ut te sata vocant, facilis sic illa sequetur: Seis rerum molles aditus, nec gratior illi Te quisquam fuit: i felix, aurisque vocatis Labere; pacatum late tibi sternitur æquor. Ilicet ipse fretis bijuges Delphinas ab imis Elicio, cernoque habili mansuescere freno Infignes, quos ipsa parens mihi maxima Tethys Esse tui dederas materni pignus amoris, Oui volucres superent ventos per carula nando: Hisque decem lectis numeroso ex agmine Phorci Jonium, Siculumque seco comitatus, habenas Deflecto; socii pariter sua lora secundo Immittunt cursu; Lilybeia radimus alta. Qua pulsant Getulæ hiemes, cum plurimus Auster Insurgit, nebulamque involvit pulveris atri. Flant auræ faciles, & summæ leniter undæ Crispantur: longe scopuli, terræque recedunt; Dum tantos Cæli tractus, dumque æquora tanta, Atque tot immensi variamus nomina ponti. Connubia hæc funt ambiguis nutantia rebus, Has habuere moras, nostrarum hæc caussa viarum. Hinc me digreffum, dum sol extrema diei Deciduus legeret (sic fato egere volentem Dii, quibus hæc curæ) patrii excepere penates. Talia Delphinus, cunctis spectantibus, unus Perstabat memorans, cum facto hic fine quievit.

Primi Libri Finis.

B

### SECUNDI LIBRI ARGUMENTUM.

Hetis sammo mant natum conveniens, docet se ab Oraculo Delphico accepisse, cum primum Delphini studio-Nerei proles Neptuno juncta fuisset, Dels phinem, in ejus, ab ipsoque oriunda Delphinorum Familia gratiam, O honorem, inter sidera translatum iri. Quare, G beroum vultus, O res præclare gestas, omnemque Delphinæ posteritatis sobolem, a Proteo, sub tecto illo vivis coloribus animatam, edisserit; bortaturque strenue munus obire susceptum. Hinc Delphinus, confilio, O opera Matris, ac Veneris beneficio, adjutus, sopitoque Dracone cujusdam Ministra Sacerdotis ope, ab Hesperidum hortis Amphitriten ad avitos Oceani Lares, præmissis ad Neptunum Nunciis, deducir.

DEL.



### DELPHINIDOS

## M. . PUBLII FONTANÆ

 $\mathbf{A}$ 

## JOANNEM DELPHINUM

Brixiæ Episcopum

LIBER SECUNDUS.

6次次0

A T grandæva parens maternis excita curis
Fata movet secum, & memori sub pectore versat
Venturas sortes, & sancta oracula Phœbi
Singula quæque animo expendens: mandata recursant
Neptuni: tantoque hærens in munere nati
Læta animum pascit samæ venientis amore.
Et jam luce nova stellas Aurora sugabat,
Cænteum tremula persindens lumina ponture.

Caruleum tremulo perfundens lumine pontum;
Cum superadvectam terris albescere lucem
Sensit, & undosum pelagi crebescere murmur:
Consurgit stratis ( neque enim consistere Matrem
Ultra passus amor ] glaucoque obnubit amictu
Divinos artus, pallamque, sinusque sluentes
Colligit in nodum, & sulvo circumplicat auro.

B 2
Pro-

Digitized by Google

M. Puz. Fontane.

Progreditur thalamis dilecti conjugis: ipsam.

Ante aditum geminæ Nymphæ sub postibus aureis

Egressam excipiunt, dominam comitantur euntem: Delphini proprias sedes, & amata petebat Hospitia, auxilium nato, monitusque datura.

Nec minus interea primos præsenserat ortus, Obvius & matri se matutinus agebat Delphinus: primi sese una voce salutant Congressi, caro amplexu genitricis honestum. Filius admittit caput: hinc sub fornice sidunt Insignis tecti, & placito sermone fruuntur. At prior hæc Tethys; o summo debite celo Nate decus, nate o generis solatia nostri, Jam promissa din volventia numina Parcæ Tempora complerunt, quo tu, & genus omne tuorum Astra inter nitidum longe splendescere signum Conspicient, altoque jubar diffundere cælo. Nec, quæ inter mensas Genitor vix attigit ore, Vana putos repeto nunc, & meminisse necesse est Quæ Proteus, quæque ipse dedit mihi maxima Apollo. Ipfa etenim, cum te gestarem pondus in alvo, Et mihi certa darent pleni fastidia menses, Sæpius ante oculos per somnia læta videbam Ludere Delphinem stellis lita terga plicantem. Consului Emathiæ patrio sub gurgite Vatem; Ille autem: quid visa ferant insomnia nunquam Expediet Proteus, prohibet nam Juppiter alto Effari, sic sata vetant: sed magnus Apollo Delphicus ipse canet, longumque arcana movebit; Cetera scire dabunt, reseret dein cetera Proteus. Hinc Delphos, tandem superata ambage viarum, Accessi gravis, & prima me luce recepi. Tunc onus effudi, viridique in gramine ripæ, Plurima ubi laurus ramorum procubat umbra, Eductum, Musæ te unda mersere liquenti, Qua lymphæ erumpunt Aganippidos Hippocrenes, ....

DELPHIN. LIB. II.

2 1

Nectareosque haustus primo pro lacte dedere, Atque omnem dein certarunt impendere curam: Hincque tuum, Aoniis dum te excoluere sub antris, Delphinum patria dixere ab origine nomen. Ipsa autem ut venerata Dei sum templa, repente E sacris adytis vox hæc perlata remugit:

Quæ tibi per somnum, Tethys, occurlat imago Pro puero stat, altitonans transcribet Olympo Nomenque, & signum; tum cum Nereia proles Jungetur studio ipsius patri Ennogiszo,

Moxque tuos cernes tolli super astra nepotes.

Hæc mihi tum divum interpres consulta retexit.
Cæruleus Proteus: quin magno numine ductus.
Artificique manu, venturi conscius ævi.
Semideum egregias animas, ingentia facta.
Effinxit Pater, & miro extudit argumento.
Ac primum (prensumque manu circum omnia ducit).
Cernis, qui multo huic sulgent ex ordine tecto.
Illustres vultus? hi sunt genus omne suturæ.
Et sobolis, stirpisque tuæ, quæ nomine ab ipso.
Delphini proprium ducet per sæcula nomen.
Sæpius ille mihi cupienti discere vates.
Tanta renarrabat, & me tua sata docebat.

Sed nunc summa sequens rerum, quæ plurima possem. Expediam primum, misto tibi sanguine virgo, Mortalis virgo, pulcherrima Neptunine Diva dabit prolem, Delphini in nomen ituram. Hæc jam tercentum totos dominata per annos. Qua bibet egelidos sontes Aquileja Timavi, Diruta post sævo tantæ Urbis mænia bello, Transseret imperium, & Venetis sociata colonis Adriacæ ipsa Urbis sub prima exordia, magnas Auspiciis siae sine reget communibus oras. Ille, vides? forma præstans, alacrique juventa, Gradivicus erit; sibi nam Gradivus alumnum Optabit, magnum hoc uno jam signat honore.

M. Pub. Fontane.

Ille tamen primus proprio te nomine reddet:
Delphinus, patres inter, gentemque togatam
Dicetur, summoque animos æquabit Olympo.
Proximus ille alter sceptri decoratus honore
Dux, iterum imperio sactis felicibus addet
Centum Cretæas operosis mænibus Urbes,
Qua rapidus læta arva, Jovis natalibus aucta,
Infindit, litusque secans procurvat Oaxes.

Hic autem, cui insigne ducis dat stemma Senatus, Dum lætus, victorque forum, & prætoria celsa Ingreditur, querna præcinctus tempora fronde, Pannoniæ Regem ingenti obsidione prementem Mænia Taurisi ejiciet, spoliisque potitus Postibus affiget servantia tela cruorem, Pugnantum decus, & cæsis ex hostibus arma.

Hinc bello instructas zratas aspice classes, Et mare convulsum remis, zstumque secantes: Hinc suctus canos, & rostra tridentia cerne, Turritas puppes, & totum servere pontum Marte gravi, & longe rutilis ardescere slammis. Arduus ille, viden? stans toto vertice supra, Cui gemina essugent ardenti lumina vultu, Taurisi, Patavique Urbem, populosque volentes Adjiciet solio, atque ad prissina regna reducet.

Jam videas trabea indutum venerabile vulgus, Heroas pietate graves, sanctumque Senatum: Hi tandem, auspiciis obtenta pace secundi Post tot devictas urbes, pugnataque bella, Jura dabunt, legesque serent, ac templa Deorum Restituent: his in Patribus suprema potestas Annos constati regni essugebit in omnes.

En, qualem teneant mediis in sluctibus Urbem, Adria carulao qua circumfundit amictu Marmora pacati semper stagnantia Nerei: Huic non Tarpejas arces, non moenia Roma Objiciant, namque ipsa duces, tot lumina Patrum,

Et divos genitura dabit, qui regna Quirini Imperio regat, & patribus det jura Latinis.

Quin tres, nate, tuos clara de stirpe nepotes Aspice; purpureo hic qualis diademate sacros Incedat tectus crines, & stammea qualis Fulgeat, atque imis illudat purpura plantis: His jam litoreosque sinus, & stumina lætus, Heroum vultum agnoscens, vetus Albula pandit; Et cæleste caput nutantes nomina Colles Responsant circum, & septena voce salutant.

Nunc geminas huo, nate, acies, ac lumina flecte: Hic, qui pone legit vestigia progimus horum, Incinctus vitusque caput, sacraque thyara, Ille est, quem nunquam sileant per sacula fasti. Ora (viden?) placido qualis susgore serenat Majestas, alti certissima signa decoris? Huic cordis delubra dez, mentemque capessent Virtutes, jungentque choros, unaque sovebunt Pectus, & egregios secum cingentur in usus. Tunc iterum Musz sese felicibus ausis Attollent, & erunt iterum sua præmia laudi.

Quid memorem, quantas merito legatus ad oras Contendet, penitusque vias regione remotas? Illum sæpe gravi eloquio nutantia regna. Et Regum asselsus magni intenti ora videbunt Consulere in medium, & dubiis occurrere rebus. Quattuor in magnas se effundens Gallia partes, Quæ Ligerimque, Ararimque bibit, Rhodanique fluenta, Testis erit, tunc cum rostratis Belga covinis Obvius, atque ipsum regali Sequana fluctu-Excipiet prior, ac toto venerabitur alveo; Cum simul exciti læto cum murmure ab antrisu Tantum mirati Patrem, fragrantia circum Litora ridebunt mediis in floribus amnes. Quin etiam superis discreta Britannia terris 🐡 Audiet orantem: Tamelis tunc regius zehum B 4 Com-

M. Pub. Fontane. Compescet, tacitaque illabens defluet unda. Et nunc Albicolas sævos, nunc Pannonas acres Convenient, septemque volutis mensibus orbes Explebit numero, donec molimina summa Imperii, & Regni peraget, paribusque sovebit Consiliis; nune ille duces, turbataque bello Pectora mulcebit dictis, qua Vistula cornu Regia celsa ferit, mediisque elabitur undis. Qua dignum tunc laude virum ventura sub auras Aurea sæcla serent? qui ingentia pondera rerum. Molitus toties, toties qui protinus audax Nutanti infractos humeros objecerit orbi, Et casus omnes, atque obluctantia cuncta Vicerit, assimilis Palmæ, quæ nobilis arbos Tollitur imposito sub pondere nescia flecti. Nec vero Alcidem, magnum genus ab Jove summo Prætulerim: licet ille adeo tot dura laborum Sudarit fatis, & vi Junonis iniquæ; Et late tot monstra domans peragraverit Orbem. Salve Heros, venerande Pater, gratissime Divis; Qua Rex æthereus te cæli in parte locabit Indigetem? en jam Sidonio te concolor ostro Gens trabeata Patrum antiquo de more Quiritum In cœtu medium sistunt: te pulchra fluenta Tibridis, impositæque vocant te collibus arces: Salvete illustres anima, fulgentior astris Vos mea progenies, magno gratissima Regi Cælicolum; quorum adventum jam signifer optat, Numinaque invidit tot terris limen Olympi. Vobis Czlituum monitus, & justa secutz Grandia, pensa trahant concordes aurea Parcæ. Jam vos formosæ, Adriadum chorus, heroinæ. His date purpureos flores, jam fronde recenti Spargite selices sedes, intendite sertis Adriaco prætenta sinu, ipsa hæc gaudia longe Voce falutantes. Sic Tethys singula monstrans

Enumerat lætos samæ venientis honores: Incenditque animum nati decora alta tuentem Fatalis tecti: hæc tum miranti insuper addit:

Hunc te, quæ tua cura prior, nunc, nate, quod instat, Consieri possit quanam ratione, docebo. Principio hæc peragenda tibi, præque omnibus unum: Luciferi ut primum evectos conspexeris ortus, Dilectum Veneris vota prece sidus adora; Namque volens Nymphæ tacitum inspirabit amorem. Hesperus ille suit nobis, cui maximus Atlas Frater erat, quem natarum formosa mearum Edidit Iapeto Climene: at nunc ætheris axem Ardentem torquens vasta sub mole laborat Aerios tollens humeros, qua brachia tellus Porrigit Oceano, atque sibi confinia signat. Huc ubi delatus, niveoque exolveris astro Vota libens, aderit, qui etiam te ad roscida Tempe

Tum sistet, vigilemque dabit superare Draconem.
Hic tibi non tenuisve labor, vel molle periclum
Contra stare foret: nulli, quos vivida virtus
Ad superos vexit, quos Juppiter æquus amavit,
Hoc potuere, forent quamvis ab origine Divum.
Et licet immanem Alcides compresserit Hydram,
Non tamen huic voluit tanto se opponere monstro.
Quin cælum cervice tulit, potiusque subivit
Impositum pondus, sibi dum frondentibus Atlas
Auratis ramis serret sulgentia poma:
Sed, qua te tua sata vocant, audentior ibis;
Namque viam invenient suscepti muneris; ipsa
Nusquam abero; juvat ire comes, comitesque
forores

Addere. Sic ait, & pariter laquearibus aureis Egressi, thalamos adeunt, natasque revisunt: Quarum de numero, pulchroque ex agmine, Tethys Deligit Eurynomenque, Europenque, Ocyroamque. Aurea casaries ollis per lactea colla

De-

M. Pub. Fontane.

Defluit, implicitisque nitent redimicula gemmis. His addit Clytien, etoceoque Telestoa peplo, Atque Tychen, roseamque genas, pectusque Rhodeam: Formofæ omnes, atque omnes expertæ hymenæos Purpureo induerant argenteo crura cothurno. Jamque adeo exibant tectis bipatentibus omnes, Delphinus, juvenesque una bisquinque secuti, Atque una cum prole parens: quæ talibus instans, Acceleremus, ait; supero jam clarior orbi Illuxit, penitusque sinus Aurora retexit. Hac iter est: breviorque loco hac nos semita sistet. Jamque lacus clausos superant, lucosque sonantes, Et loca sub magna unde erumpunt sumina terra: Nec longas traxere moras; sed protinus ipsum, Quod poscunt, tetigere solum, latera ardua duri Atlantis, superasque hauserunt luminis auras. Ut primum solidis posuit vestigia terris Delphinus matris monitus non immemor, alte Una Dionei candentia sideris ora Suspicit; & vernos flores, plenasque rosarum Extollens palmas, has fudit ad ethera voces.

Astrorum, cælique decus, nitidissime semper, Qui lucem, noctemque vehis, qui lumine puro, Et maria, & terras penetras, reparasque perenne Sæcula, dissundens blandum per cuncta teporem; Dive, precor, saveas, cosptisque ingentibus adsis; Venimus huc quando satis, nutuque deorum. Da, Nympham exortem dictis mansuescere nostris; Ut Patris æquorei parili teneatur amore, Unde genus ducit, quæ te katissima cælo Diva sovet gremio, & cupidis amplectitur ulnis. Has ego delicias veris, tua munera, sundo; Talibus æternum sacris eclebrabere donis: Nam tibi, præcinchævirido cava tempora myrto, Edoctæ Nymphæ sacra hæe de more quotannis Persolvent, sertisque intendent mollibus aras.

Hoc

DELPHIN. LIB. II.

27 Hoc tu da tantum mihi sidus amabile cæli Lucifer, atque idem Vesper, Venerisque voluptas.

Talibus orabat dictis; cum visa repente Flamma trahens crinem propria de luce recidi; Et per inane volans summo decurrere cælo: Jamque illam aspiciunt terræ propiora petentem, Signantemque locum, certa se condere silva: Omine quo firmans animum sic maxima Tethys-Essatur: macte o signis Di, nate, secundis Audivere preces, teque unum hunc ducere honorem Annuit omnipotens magni regnator Olympi. Illic Hesperidum sedes, & dives inumbrat Arbor humum pinguem; prælongo ubi limite fulcum Flamma dedit, lucoque sedens effulsit opaco: Atque illic, nec vana fero, quasita resedit Nerine, ramisque colit felicibus hortos. Cernis qui teneant omnem, qui vertice denso Præcingunt aditum colles, quæ filva coronet? Hos superare para; penitus qua nulla viarum Semita signat iter: nos illa in valle cavata Angustæ accipient fauces, qua permeat æstu Inter utrumque latus, sinuatque volumina Ladon.

At Jovis interea monitis, dum passibus æquant Vadentem Tethyn comites, Cytherea volucrem Compellat natum, & roseo sic ore profatur: Nate, polo, & mihi partus honos, qui tela coruscans Sufficis æthereis orientia signa maniplis; Cunctaque das rerum concordi fœdere jungi; Accinge aerias animas, atque alitis auræ Flamina, vernantes Zephyri comitantia gressus: Nubilaque ima secans pictis illabere pennis, Qua fovet Hesperidum cælestia dona sororum Lucida temperies, furtivoque igne puellam Nerinen, dudum connubia læta negantem Neptuno Regi, fatis sibi debita divum, Tange Puer, discatque animos summittere amori. Jam

M. Pub. Fontane.

Jam nova conspicies radiantia lumina cælo Desuper impositos immensis orbibus orbes Extolli, nitidoque astrorum effulgere cortu. Quin etiam mediis urbem mirabere in undis, Adria ubi rauco procurvat lictora fluctu, Numine sub tanto ingentes attollere moles. Huc mea progenies studiis exercita belli Deveniet, genus Æncadum, Romana propago; Huicque dabit Genitor mecum devinctus amore, Ut vires iterum sumat, parvusque Senatus Jura, Magistratus legat, imperiumque propaget. Hic studiis assueta piis formosa juventus Curabunt sacras ædes, legemque sacrorum Indicent Urbi: sertisque recentibus aræ Sacrificæ molles spirabunt semper odores. Non mihi cara minus parva hæc erit Infula, quam lit Pulchra Paphos, vel tota suo cum litore Cyprus: Nec vero Idaliz lucos, aut alta Cythera, Blandius huic unquam anteseram, propiusve tuebor. Sed te, plura tibi fando, quid demoror ultra? Unde age, & hunc rerum præsentem perfice honorem.

Paret Amor matri, & cælo se mittit aperto. Ex humero pharetræ, atque habilis sonat aureus arcus; Ardentique saci pulsus circumstrepit aer Exsussians. celer ille volat; jam slamine acuto Nubilaque, ventosque secat, jam proximus ipsos Felices nemorum colles, storentiaque arva Lustrat api similis, quæ circum vere sereno Gramina odora petit, nunc hos, nunc præterit illos Floribus insidens variis, humilisque pererrat Irriguos hortos, ac culta rosaria libat: Haud aliter geniale solum Cythereius ales Circuit Hesperidum volitans, dehinc divite silva Constitit, & sulva tacitus sese arbore sepsit. Jamque adeo Oceani conjunx, ac dia juventus Egressi tandem sinuosa e valle subibant

Lata

Lata soli, tacitumque nemus, camposque tenebant. Haud procul ante aditum apparent fulgentia tecta. Hesperidum templa: hæc juxta, curvoque sub ipso Exesi montis latere immane assidet antrum Horrendum obtentu ramorum, atrisque tenebris. Hæc secreta loci Massylum ex gente Sacerdos Docta colit Templi custos, epulasque Draconi Quæ parat, & facros affervat in arbore fœtus. Hæc magicis addicta sacris tum forte legebat Mortifero cum flore manu mala gramina vellens, Unum exuta pedem, & solis errabat in umbris: Cum tumidos tollens oculos, & lumina multo Defessa inspectu tumulo prospexit aperto Vadentes divos, atque illos his prior ultro Increpitans dictis: qui vos? quo tenditis? inquit; Aut, quæ caussa viæ? jam istinc absistite greffu. Quæ contra propius sic sata est maxima Tethys. Nequa tibi suspecta doli sint surta Sacerdos: Nullæ hic insidiæ; nec vim molimur euntes: En, Tethyn cum prole vides: dux ipfa recessus His tetigisse dedi, & munita hæc montibus arva. Delphinus mea cura, Patris mandata fecutas Neptuni, monitusque, & sancta oracula divum, Ad pulchram Nerei natam, ad tria regna fororum Accedit, qui quanta ferat, nunc inscia nosces: Quippe ( nec in medio tempus longum ) hunc maris æftum

Hæc loca, qui riguo labens subterluit amne Succrescens placide, non una in brachia cernes Spargere secundos latices, & amæna rigare Litoraque, auriserumque solum: tantum ora Draconis a solumbo de la conis and solumina de la conis a solumbo.

Dira preme, ac tuto nobis da accedere greffit.
Nec super his plura illa gravem venerata parentem
Miratur divum vultus, juvenumque coronam;
Deflectitque pedes: & jam ipsa ad limina Templi
Per-

Perventum; geminos cum gerato cardine postes Impulit illa manu; micuerunt protinus omnia Luce nova: admittit divos in templa Sacerdos. Hine aris subito collapsos excitat ignes; Et fragiles lauros adolet, certosque maniplos Herbarum, spargitque socoa ter rore crepantes. Ilicet alta vapor sacri ad sassigna testi. Erigitur; ter samma levis subjecta reluxit.

Quo facto firmata animos his vocibus infit: Nam que tanta mez celeftum exordia sortes Portendunt? nulla jam vos ambage tenebo, Quod tantum differre nefas: hinc ocyus ergo was Mecum auferte pedem, & prospectu absistite rerum: Non istud poscit sibi inenarrabile textum Tempus, & hec variis spirantia marmora formis. Quin mage, quod superest, iter hac invadite mecumi: Ipsa ego vos tutos ad culta virentia sistam. Sic ait; acceleratque viam: simul atque sequentur-Læta manus divum, & propius vestigia figunt. Nunc hos, nunc illos herboso vertice clivos Exuperant: tandem proprio splendescere cultu Tellurem aspiciunt, dum prata recentia rivis, Dum varios saltus per molsia gramina linquunt Et jam scruposi gemino sub pondere saxi Spelæum horrendum diductis faucibus ingens Cernitur haud longe, sævi stabula alta Draconis; Qui simulac motusque pedum, sonitumque loquentum Præsensit, centum ille immanis hiatibus ora Exertat turbam capitum: riguere micantes Igne oculi, atque atris tumuerunt colla colubris. Jam laplu immenio toto per ingera campo Porrigitur, sinuans squamosa volumine terga. Hinc exaudiri, tantis affibilat hydris, Confulæ voces; ceu si stridentia tingant Aera lacu, tum cum fornacibus ignis anhelat; Sic nebulam, densaque vomit caligine fumum;

Strı-

Stridulaque horrificis allambit sibila linguis.
Hic subito ante volans curæ huic assura Sacerdos Offam, letheo medicata papavera rore,
Corripit, objectatque manu, incompertaque verba
Murmurat: ille avidus centeno gutture pandens
Ora fame rapit objectam, & maculosa resolvit
Terga solo susus, lentoque cadentia somno
Declinat capita, ac lata prosternitur alvo.

Evadit Delphinus iter custode sepulto,
Qua lati cessere aditus, ripamque sonantem
Fluminis obliqui sinuosis slexibus ardens
Occupat, & læto persultat gramine campum,
Hinc Tethys, natæque pares, hinc cetera pubes
Exuperant sluvium, & spatio potiuntur aperto.
At dux adverso, soloque in litore sistens
Vadite (ait) divi, magnisque insistite cæptis:
En nemus umbrosum ante oculos, en septa videtis,
Dixit, & avertens retro vestigia torsit;
Quæque Draco circum spumanti aspergine cautes
Dira aconita serit, carpit; dein tramite resto
Fert se ad sortitas sedes, ac templa revisit.

Jam per septa loci nigranti consita silva Vadebat divina cohors, cum purior æther Effulsit, dulcemque afflavit luminis auram. Jamque huc elapsi gaudent per florea culta Fortunatorum nemorum, camposque nitentes, Ire iter, atque animum prospectu pascere inani. Huc faciles, illucque oculos per fingula ducunt; Miranturque locos lætos, viridissima Tempe; Nec vidisse semel visu exaturantur amato. Hinc lauri, pinguesque olex, ac beneolentia cedrus Poma gerens, fociam gaudent attollere filvam, Cui nunquam viridesque comæ, aut frondentia desunt Brachia: quin etiam, cum nuda incanduit altas Ramorum obtentu torrentia lumina solis Temperat, & gelida telluri procubat umbra. Parte

M. Pub. Fontane.

Parte alia buxus, buxoque intersita myrtus

Sponte sua cum slore virent: hinc gramina rivis

Roscida mobilibus vario læta arva colore

Obducunt, & prata simul vernantia pingunt.

Hæc inter puri crepitantes ætheris auræ,

Felices auræ tepidis discursibus errant:

Unde hieme in media, mediaque æstate serena,

Atque diem, atque sovet noctem liquidissima cæli.

Tempestas; semperque novis it storibus annus.

At dum animum Divi super his, dum kumina pascunt; ) En, genus Atlantis sacrum, tria Numina Nymphæ Ibant Hefperides cum Nereide Amphitrite, Florentes inter myrtos, & litora propter Uda lacus; vivi stagnantis marmoris undatarra Arguto pariter mulcentes athera cantu. Hos ubi per tacitum nemus ire, ac tendere contra Conspexere Dez, completique agmine tanto Culta loci; steterunt animis uno ore filentes: Hand secus ac nivei herboso cum in litore Cycni Dant dulces per colla modos, circumque fluenta Florida prata fonant longe, si forte sonum quem Audivere, silent, compressaue guttura tollunt Hic vultu arridens, & læta vote salutans Ante tulit greffum Tethys, ac quamque sororum Nomine compellat noto: tunc pulchra Erytheis Talibus occurrit prior: unde o maxima aquarum Mater ades nobis? tali comitata caterva. Qualis in æquoreis ludit tibi sæpius undis. Illa sub hæc: Divæ, cælestum magna voluptas, Et matri confessus honos, ac. gloria nostri Sanguinis, egressam huc pelago me tendere adegit.

Hæc dicens, Nymphas dextra, lævaque petebat; Amplexusque dabat: tum nepti brachia collo Injiciens; patrias tu ney inquit; filia, sedes Aversata sugis? Delphinum; en, aspice; qui te Per tot, terrarum tractus, perque æquora tanta Exquirit, tantos abitus dum ferre reculat. Sic ait; & gressum pariter per gramina tollit. Ast Amphitrite pectus commota pudicum, Et nitidas dejecta genas, vestigia passu Æquabat, damnata animo connubia versans. Inde, ubi venere, aspiciunt in valle virenti Seclusum nemus effulgens, quo plurima frondet Arbos, & leni crepat aurea bractea vento: Quales populeæ Autumni sub frigore primo Sæpe folent frondes, & amichæ vitibus ulmi Deciduis foliis molli flavescere campo; Cumi viridis summo foliorum deperit ipse Paullatim color, & tenues vanescit in adras, Spectanturque nova croceæ super arbore frondes: Talis erat nemoris species; sic mala virenti Fulgebant ramo, fulvo matura metallo: Hinc figuido de fonte cadens devecta superne Per medium unda fluit, felix vitalibus undis; Et per odoratos arguto murmure flores Fertur; qua violæ, qua mollis amaracus, horti Deliciæ, spirant redolentia munera veris.

Ergo hue succedunt Divi; passimque sub umbris Accumbunt læti, viridique in gramine sidunt: Mirantur nemus auricomum; mirantur & undam; Et riguos properantis aquæ per gramina rivos, Perpetuique decus veris, genialiaque arva. Nec minus; affatu interea dum plurima miscent, Delphinus secum pariter, tempusque, modumque Exigit, observans quo jam sua munia curet.

At puer Idalius maternæ haud immemor artis, Desuper insidians vicina ex arbore, quassat Scintillantem ignem facis applaudentibus alis; Divinamque auram inspirat, qua protinus aer Intepuit, tepet omnis ager: sensere liquentis Di slammæ illapsum: jam carpitur Amphirrite Igne novo, tenuisque calor per membra cucurrit.

M. Pub. FONTANE. Hic, dum illi inter se licito sermone fruuntur. Multa super matrem, socias super ipsa sorores Multa rogat, varioque rogans novat ora colore. Delphinus contra, quando est oblata facultas; Occulto sed enim præsensit amore teneri Usque adeo resides animos, ac mollius illam, Quod non ante datum, folito de more locutam; Incipiens, sic dicta libens est voce secutus: O virgo, ante alias caræ dilecta parenti, Nunc eadem ipsa dolor; qua tu nunc mente relictam Esse putas? acri qua fixum Nerea cura? Nunc muti te absente lares; perque æquora late... Assueti siluere chori; quid vota pudoris Objicis? hæc adeo superos sibi poscere credis? Esto: mente eadem perstas, quam slectere nullæ. Evaluere preces quondam: Di fcedera rumpunt Hac fervata tenus, quibus hac funt credita: solvunt Jura pudicitiæ ipsi; oculis sic Juppiter æquis Annuit. ipse equidem Vates dum fata moveret Carpathius, referens quorum consederis arvis, Te dominam undarum, magnum te numen aquarum Dixit. quid? toto penitus dotabere ponto: Devotumque tibi totum famulabitur æquor. Quam generis nostri se attollet gloria! dum tu., ;; Nostro nupta Jovi, ac tanto dignata cubili, Raucisonum pontum parili ditione tenebis; Qua diversa locis maria interiora coercent. Terrarum objectæ moles, ac margine claudunt; Quaque sinum pandit liquentia brachia fundens Oceanus genitor; facrum genus unde natantum Pectore non uno spumantia marmora pellunt. Jam jam felici divos paritura verendos Cælicolis utero dabis. hinc non parva reponunt Fata mihi: decoris cælestum regia poscit Signa mei, æternumque poli supera alta tenebunt, 🖂 Ipía velis modo: namque tuo assensu omnia pendent.

Detonini Lis. II.

Ékue jam virgo hanc mentem : quid tanta moraris Gaudia? jamque (viden?) fulfit jucundior aer;

Alituumque genus connubia festa salutant

Impulit his animum distis, mentemque labantem Delphinus: cui etiam subito; dum gratus in ore Cunctanti color arridet; Cythereius ales Conjecit telumi incinctum; armatumque veneno Fontis Acidalii; nam semper talibus ille Utitur in Nymphas; quo insus protinus ignes Delicuere; simulque animo solvere pudorem. Ipse dein sublimis abit: post candida terga Coryti sonuere leves; & jam alta Cytera, Et Paphias sedes, maternaque regna tevisit.

Hic pater ominipotens signo non desuit alto:
Namque ter intonuit lavum, & de parte serena
Fusser atherii stellatis crinibus ignes!
Unde novo auricoma nutarunt murmure silva;
Et picturatis nituerunt sloribus horti.
Tum vero una omnes hortari, ac tollere plausu
Connubium; quod tot cali selicia signa;
Tot vatum pariter correpta numine mentes
Monstrarent; quod tanta tori sortuna manetet.
Illa alacres paimas; oculosque ad sidera sollens
Erigitur, talesque emisst pectore voces.

Vos o, vos tandem calestia numina adoro;
Et te magne Pater divum: sequor omina tanta;
Et mentem jam victa, volensque, libensque remitto.
Nec plura his: properata auro cum concoles umbra
Fronde premens hasit soliis cava tempora circum;
Velavitque comas, capitique adjecit honorem.
Et primum ante omnes, quis vinela jugalia cura;
Multa deos orat, facilisque in vota precatur.
Tum pateram intignem, gentmisque, auroque decoram
Accepit nova sponsa prior, summumque petivit
Ore tenus roseo siquentem nectaris humorem;
Inde omnes alii, desponsaque vincula sirmant.

36 M. Pub. Fontane.
Sed jam Delphinus cœtum genialibus umbris
Hortatur, dulcique solo decedere: divæ
Multa inter se se digressu verba supremo
Congeminant, paribusque simul complexibus hærent;
Gaudia dum miscent oculi, lacrymæque decoræ.
Jamque incedentem, studiis & mente, sequuntur
Hesperides nuptæ pompam: cumulantur eunti
Hortorum donis conserti in munera quali.

Est in secessu stagnum, cui offunditur umbra
Horrenti nemus: hic totis sese imbribus unda,
Quz diversa terit liquidis sola roscida lymphis,
Felicesque hortos, varioque illabitur alveo,
Colligit, & torpens tacito diffunditur æstu:
Hinc ingens specus incurvi prope litoris oram
Estsosum tophis: intus formatur in arcum
Porta latens, æreis quam centum providus Atlas
Struxerat objicibus; solisque fororibus illa
Cognita pomicolis, & solis pervia tantum.
Hac ergo emittunt divos: resonantia claustra
Dant plausum, plausuque intus cava saxa resultant.
Tum demum subeunt ponto, terrasque relinquunt.

Exin Delphinus socios ex ordine Phorci
Neptunum ad regem redimitos tempora myrto.
Præmittit; qui effecta sibi connubia certo.
Assensu reserant Nerines; resque parari
Gurgite Atlanteo materna Tethyos aula;
Quo, cum purpureo lux crastina surget olympo,
Adveniant, ipsamque ad regia limina ducant.
Nec mora sestinant juvenes, rapidoque feruntur
Delphinum cursu. ipse autem, coetusque sororum,
Et Tethys neptem ad sedes comitantur avitas:
Æquora lata silent, stant lento marmore success.

g and a Secundi Libri Finis.

retgewagen einer Limans. Sod

TER-

### TERTII LIBRI ARGUMENTUM.

TEptunus, accepta re, nuptias in Adriatico sinu parandas indicit: ubi, posteaquam Nympharum chori ampli ssimo in loci spatio super solidum mare frondibus contexto, mensas disposuissent; conopæumque Venetis rebus, ac gestis bellicis intextum lesto connubiali explicuissent; diis omnibus præsentibus, undecunque locorum ab Iride convocatis, Amphitriteque maximo divorum comitatu advesta, connubii sædus sancitur. Post mensas Juppiter satis annuens, quædamque de Delphina familia enuntians, Delphinem inter signa cælestia collocat.



C 3 DEL



### DELPHINIDOS

## M. PUBLII FONTANÆ

A D

## JOANNEM DELPHINUM

Brixia Episcopum

... LIBBR TERTIUS,

经在公司

Nterea spumante salo maria alta secabant
Delphines; lectamque manum desponsa serentem
Gaudia connubii appulerant, qua Cretica tellus
Jonium, Ægæumque sizent, vasta æquora frangit:
Quos simul ac sensere deæ, pelagumque sonantem
Nereides, lætasque alto crebrescere voces;
Constuere extemplo diverso gurgite, & imis
Miratæ prodire vadis, pontoque volare.
Nec mora, ut inventam Nymphæ agnovere sororem,
Firmatasque tori concordi sædere leges;
Certatim ad Regem cursu pernice reportant
Delphini sectos socios rumore secundo

Ad-

DEL.

3

Adlabi, & tedas manifesta voce fateri: Jamque ipsos techis concursu accedere magno Neptunus videt, & jam gaudia percipit ardens. Ut vero delata Pater lætissima quæque Audiit, ut certo dis nota ea fama relatu; Extemplo sonuere chori, fluit æquore toto Nereidum numerofa cohors; dat longa Propontis Exultans sonitum, & voces pulsara remittit; Euxinique alte sonuerunt litora ponti. Lætatur veneranda parens; jamque explicat auro Illusas vettes, verique imitantia formas Stamina, natarum infigne ac mirabile textum: Hinc senior Nereus, capiti cui lucida circum Cæsaries promissa nitet, jam lætus honore Optato fruitur; nunc circum lumina volvens, Instratis operum textis, plausuque movetur. Diditur hæ totum confestim fama per orbem; Qua le cunque locis valto diffunditur æftu Oceanus, terræque sinus rimatur apertos.

Tum vero humentum princeps Neptunus aquarum; Dum freta caruleo volitat super aspera curru Quadrijugis invectus equis, insidaque sirmat Marmora, & undantes late dat sternere sluctus; Alloquitur bibulis succinctam nubibus Irim: Illa quidem tum sorte cava inter nubila cari. Arcum insignibat, variosque operosa colores Addebat simulato operi, pontumque bibebat: Hinc imbris pluvii radios, hinc nubis aquosa, Hinc molem, & nimbum addiderat caligine densa; Et lucem adversam captans, solemque cadentem, Cingebat stratum lato curvamine marmor. Ergo illam sic frena premens aggressus ab alto

Compellat genitor, lætaque hac voce profatur-Iri decus cæli, Thaumantis roscida profes, Nunc sulvæ Junonis amor, i, nuncia velox; Germanum, superosque voca ad nomubia dives

4 Quin

M. Pub. Fontane

Quin; si quid te tanta movent, si antiqua tuorum, Unde genus ducunt, tangit te cura parentum; Labere virgo levis, subitoque accerse volatu Omnia, que terras, que pontum numina complent; Queque lacus, sontesque tenent, sluviosque liquentes: Conveniant, supero qua effunditur Adria tractu, Crastinus ut Titam radiis detexerit orbem: Illo dicentur sesta hec solemnia campo. Sic placido vultu maris arbiter edidit alti: Qui roseo contra Thaumantias ore locuta est.

O Genitor, me posse tuis absidere regnis Distitear nunquam: non nostri sanguinis auctor, Cognatæque domus, nostro de pectore cessit. Aeris immensi campis quid regia Juno Cogeret in nubes sine te? tu cuncta sorori, Tu tenues nebulas, gravido tu corpore nimbos, Perque vices varias essus un susticis imbrem. Dixit; & imbriseris Zephyro non segnior alis Pervolat, adversoque essussiti discolor arcu. Jam terras, tractusque maris, dea clara, polumque Attigit, & toto concivit numina mundo.

Nunc age solennes epulas, & sessa deorum Connubia expediam: tu vatem conscia rerum Uranie, tu diva mone; nova carmina surgant; Atque volens orsis extremam hanc sussice partem. Postera slammarum cælesti ardore corruscans Extulerat lux alma diem; jamque æthere puro Spargebat summos Phœbea lampade montes Largior; & roseis radiabant æquora slammis: Cum terræ præter solitum, cum cærula ponti Extremo oceano passim cedentibus astris; Mirata supuere novum splendescere solem; Dum volucres assuez undis, scopulisque volantes, Quique suam nemorosa tenent prope litora sedem, Surgentem solem selicia vincla serentem. Et canta vario, & lætanti voce salutant.

Tunc

DELPHIN. LIB. III. Tune subito commoti amnes, pigræque paludes, Piscosique lacus; & grato murmure circum Florentes ripas resonant: commotus & omnis Tritonum vulgus fera monstra latentia ponto; Exterrentque freta, & resonantia litora concha. Continuo fluit ad tedas pernice chorea Nereidum cœtus Nymphæ; quibus obvius ipse Salsipotens Neptunus ait: vos ite decoræ, Ite dez pelagi, qua extenditur Adria late Ad Boream vergens superum mare: namque vadosas, Non longe qua Medoaeus se immittit in undas, Insula parva jacet, quam sparsa per æquora terræ Incingunt; liquidum hanc circum durescere marmor Ilicet ipse dabo: vos hic communia divis Gaudia mensarum, & convivia festa parate: Hunc mihi namque locum optavi, & sic poscere sata Cæruleus Proteus monet. At tum protinus illæ Undarum arva secant rapido stagnantia motu; His simul excitæ Adriades vaga numina circum Applaudunt; gaudentque pares adnare puellæ. Jamque aderant lætæ, glomerato qua agmine aquarum It mare proruptum Eridanus, propriumque colorem Fluctibus in mediis affervat fluminis aurei. Hic primum ante oculos vitreum, mirabile visu, Marmoris in faciem pelagi concrescere campum

Sensere; insolitum ipse pater stupet Adria monstrum.
Tum vero divæ, durata ut constitit unda,
Fidaque substrato sustiti vestigia tergo;
Qualis hyperboreo septem porrecta Trioni
Horrida nonnunquam spirantibus æquora Cauris
Stringuntur, solidoque gelu stant pervia plaustris;
Certatim siccis insistunt marmora plantis;
Ad niveos sluxere pedes mollissima fili
Stamina, carbaseique sinus; jamque æquore toto
Fit strepitus, resonat lætis elamoribus æther.
Huc jam tercentum diverso e litore Nymphæ

Ãd-

M. Pub. Fontana. Adventant; centum gelidis quas Illyris ipfa Educat alma jugis, quas irrumpentia centum Fluctibus Adriaois? generant fibi flumina; nec non Et totidem qua staghe colunt ad Lemminis undam, Fumantelque Aponi latices, & rolcida propter Euganeos colles refonantia fontibus antra. Quin & silvicolæ veniunt de parte sorores, Qua nunc Illyrieis diductos collibus Illros Proluit alternane restagnans Atha ripas.

Hic flavor crines videas florente juventa, Aut apio implexos molli, aut viridante Cypero: Pars violis, pars illa ross, here flore hyacinthi Afflarat crimale decus: pars dona caniliris Grata ferunt, hee suave croci spirantis honorem, Atque hæ narcissum, ast aliæ candentia thyrso Lilia cerulcamque irim, aureolam & meliloton, Atque simul niveo vaccinia pieta ligustro. Ergo omnes pariter concreta per zquora circum Jussa obeant; & jam diversa ad munia se se Hortantur, rebusque legant quæque apra gerendis.

· Principio mensa extruitur, quam ob origine prima Crescentis mundi rerum natura creatrix Crystallo e nitida ingentem formarat in orbem; Atque vovens epulis Divum, Pacique facrarat: Nec mora colterni niveis mantiliaus alto, Et vario penitus florum velamine pingi, Intendique locum ramis frondentibus omnem 🚟 Jam passim glaciale solum viret; undique ridens Pratorum spectatur honos. dum talia cucant, Ecce superveniunt de vertice Novacrino, Parthenisque jugis Dryadum venerabile vulgus; Qua pulchris Erymanthe fluens de montibus ambis. Hic filvam adventare; arque increprefeere cernas Diversi chemonis frondes: nam masmora ponti-Ut tenuero; heram procero hard flipite laurum Collocat, tille aleast plateissen; feixcia monfis: Bra-

DELPHIN. LIB. III. Brachia tendentem; hac umbrosa cacumina fagi, Non line frondenti guercu, stat vertice acuto Silvestris pinus, calestum regna lacessens; Nec bicolor grata foliorum populus umbra Defuit, Heliadum lacrymæ. ceu flamine molli Cum Zephyrus per rura volans fovet arva tepore, Concutit ætherio vernantes nectare pennas; Unde novus sequitur color, & nova gramina surgunts Silvaque crinitur, majoresque explicat umbras Provida, & æstate in media sibi frigus opacum Vendicat: hand aliter solido super æquore credas Enatam subito silvam, quæ fertilis Hyble Aut hortos teneat dulces, aut Thessala Tempe. Hinc etiam ex hyalo, lati per graminis herbam, Qua superat tellus astricti gurgitis undam, Pocula collucent pictis gemmata lapillis. Arte nitent varia gracili de vimine texti, Feminea virtutis opus, nodisque plicati Versicolore modo. & varia forma calathisci. Parte alia, quîs cura torum, thalamumque jugalem Instruere, Adriades Nymphæ; qua se hospita ab undis Insula arenoso sustollit pondere, quaque Obriguit circum canis amfractibus æquor; Aurea fulcra tori stratis genialibus alte Consternant, glaucoque super tentoria velo Expandunt; miris quæ rerum illusa figuris: Adriadum iple chorus, soboles formosa sororum. Dum caneret Proteus, venturaque sacla doceret, Pectinis ingenio multa variaverat arte; Concretoque auri dederat squalere metallo; Namque illic Venetas res, & genus omne futurum Stirpis præclaræ, & rerum cunabula prima urm Cernere erat; quæ bella simul, terraque, marique Pugnata, atque urbes captas, partosque triumphor-

Hic videas populos marcoma pectora bello

M. Pub. Fontane. Oppida, disjectasque urbes, & litora circum Affluxisse metu, & trepidos nova quærere testa. Jamque sugæ studio, tabulis hinc inde coactis, Ire per insuetum, & propellere fustibus æquor. Ac primum unde cavæ sudant humore lacunæ, Silvestres aptare casas, tabulataque poni. Nec procul hinc Venetam coeptis felicibus urbem Fluctibus in mediis moliri, ac tecta videres Aeguari cælo: unde olim secura volantum. Infula, quæ sedes fuerat, congestaque norat Quadrupedum pariter servare cubilia, toto Aurea nunc fundo furgens, similisque minanti In cælum eductis operofis molibus aftat. Haud procul inde Patres ibant, parvusque senatus, Insignes trabeis, quibus alto sibula cinctu Substringit pectus: tum colla ad lactea crines, Nec non priscus honos pileati tegminis atro Injectu capiti, ceu mollis tænia, pendet.

Tum circo in magno ante urbem studiosa juventus, Impubesque manus fulva exercentur arena; Intenduntque acres arcus, & præmia certant. Jamque vias plausu fremere, & per compita circum Ducere victorem præcinctum mollibus herbis.

Hinc maris Adriaci canos imitantia fluctus Fila tument: freta vera putes, & cautibus algam Spumantem illidi, raucumque insurgere murmur. Delecta in medio verrunt vada cerula puppes; Certatimque salum maturo flore juventus, Cui cava arundineo frondescunt tempora cinctu, Impellit remis, nudataque brachia tendit. Hæ pariter findunt sulcos, illæque feruntur Non æquis spatiis, prior hæc similisque tenenti Anteralias scopuli certat contendere metam; Atque hine partito numero, atque equo agmine facto Infensæ inter se belli simulacra ciebant: Spectandia studio effuse suggestibut altis ~Q()

Stant

Stant matres, læto prospectant omnia cœtu. At Patres palla infignes, ostroque decori, Centauro in magna provecti, mollius ibant; Quos inter rutilo Ductor diademate fulgens Sublimis puppi residet: jam millibus æquor Navigiis fervet; dum ipsi solennia solvunt sobilduc Annua concessi juris, quo munere divam, Æternum late pelago dominantur aperto.

Parte alia instructis horrescere classibus altum Aere lacessitum, & niveis albescere velis Aspiceres: hinc sanguineo Bellona slagello Suscitat irarum caussas, & prælia miscet. Increpat hine elypeo Mavors; ac turbidus ira Per medios fluctus rapit in certamina classes.

Et nunc tercentum patrios invadere portus Intentant proræ: nunc stratis pontibus audent jodiA Et trabibus crebris passim per mutua nexis, Hostes scutati Neptunia regna tenere : Ilail aniel At pater Adriacus pontem indignatus amaro Rore tumens totis collectis viribus alte Infonat, involvitque falum, ac connexa refolvit Robora: tum videas tabulata per æquora ferri; Hue, illuc fluitare rates, disjectaque ponto que porto Agmina; tum Regem deserta occumbere arena : or i

Horridus hine Scyta nondum abluta cæde, superbus Ob tot vastatas urbes, populataque regna Ausonidum, turmis Hunnorum millibus instat Litus ad Adriacum; alpinoque immanior urfo muss. I Ante urbem sævit: jam tanto huic obvius hosti Fert se se Venetum Consul; jam comminus armis Pugnatur, fractisque natant vaga lintea malis. Hac fugit infrendens hostis, longaque carina annabis Transvolat, & socios crudeli in cæde relinquit.

Quin simul, Illyricas qua pulsant æquora cautes, Adventare putes instructo Marte biremes: Obvius at contra flectens ad litora cursum in onta RemigeTunens, hine, arque hine puppious acquer ..

DIENT

M. PUB. FONTANE.
Tergesti Venetum Ductor navalia miscet
Bella; Ducemque, Aquilasque serens, insignia capti,
Provehitur pelago, & patril subit ostia portus.

Nec minus hinc absunt, magni circum extima texi, Ut Cilicum, Epirique sinus, urbesque proquinquas Subdiderat, claramque Rhodon, sparsasque per altum Cycladas, utque etiam Ligurum populaverat oras Exultans Venetum classis; rebusque potitis Duceret innumeras lætantia per freta puppes.

Hæc super infandi navalis gloria belli
Fatalis telæ læva de parte nitebat.
Æquoreis hic mistus aquis Achelous Echinas
Proluit: has juxta sævi certamina Martis
Cernere erat; totum circumque, supraque videres
Fervere Naupactum, crebrisque horrescere sluctus
Arboribus; velut Aegæa cum Cyclades unda
Stipitibus nudis gelidis Aquilonibus horrent.

Hinc Itali Reges, junctis in sædera dextris, Agmen agunt, roburque Italum, viresque superbass Quas Tartessiacis Betis regnator Iberi Palladio mittit velatus cornua ramo. Austrius hic splendor, simul & Romana potestas, Visque potens Venetum pelago stant classe parati Pro re quisque sua, pro magnis auspicibus dis.

Hic tum inter medias acies affiantibus auris Advolitant fuscis summum super aera pennis Victrices Aquilæ; celsaque in classe putares Iratum stimulante Noto sævire Leonem.

Parte alia Odrysii numerolis classibus alto Ductores, ope barbarica, rebusque secundis Elati, insurgunt, Naupactique ostia linquunt Ardentes; tumido velum propellitur Euro: Nec procul hinc etiam obtutu desigus in uno Pacatum stabat mare, tot molimina belli Admirans; orbi ut præceps impendeat orbis.

Ergo utrinque una ruere, atque infindere denfo Remige lunatis, hinc, atque hinc puppibus æquor. Tunc scopulos scopulis, silvas concurrere silvis
Credas, navigii tot celsis molibus instant.
Jamque saces & tela volant; jamque ænea sævum
Machina tormenti genus Aetnæo igne coruscat.
Ouin & in adversas mutato slamine venti
Threicias classes volvunt caligine cæca
Undantesque globos sumi, nebulamque nigrantem;
Prospectu qua longe adimunt cælumque, diemque.
Jam passim lacerasque rates, & corpora ponto
Trunca natant; sluitant densa infracti agminis arma.
Sole sub adverso, atque infenso lumine Thraces

Tum videas nexas per mutua dente tenaci
Stare rates; atque inter se coiisse vicissim
Hostiles turmas, & pugnam horrescere saciis:
Dum contra alternis obnixi viribus hærent,
Et pede pes, manibusque manus, multusque viro vir .
Semineces hinc inde cadunt, Neptuniaque aurea
Ardescunt slammis, & sparsa cæde subescunt.

Præcipitant; spargunt medicato hastilia ferro.

Jamque videbantur trepidi super æquora Thraces
Palantes ferri, & ventis dare terga vocatis,
Corpora cæsorum quibus, & sluitantia transtra
Obstabant; nec lassi implebant carbasa venti.
Hi proni adductis spumantes salsa lacertis
Festinare sugam, & notum contendere litus;
Atque hi præcipiti lapsu maria alta tenere
Remigio alarum, pelagoque incumbere aperto.
Contra autem patrii pandebant brachia portus,
Cæruleumque sinum; & volventia in æquora lymphas
Flumina devictos latebrosa in tecta vocabant.

Hic tum victores jam tanti infignia belli, strong Totque triumphatis direpta ex hostibus arma, intribu Pugnatasque rates, & millia captivorum in deoleco Multa reportabant; circum exultantia longe indum Litora, vicinæque urbes, scopulique fremebant, in and At Venetum Ductor sublimi tecta triumpho, mammi

M. Pub. Fontane? Litoreasque domos victrici classe subibat? Maxima templa deum, & liquidarum strata viarum, Adria qua se se diversa ad compita fundit, Lætitia, lusuque simul, studiisque saventum Plaudebant; altas hinc matrum obsederat omnis Turba domos inhiansque animis essus juventus Pensilibus teelis pompam spectabat ovantum. Ipse inter medios navali insignis honore Vertice rostra tenet, Scythici spolia aspera belli Ostentans: devicta ibat Mavortia plebes Effera gens hominum: non ollis omnibus unum Est vestis genus, aut arma, aut color omnibus unus; Hic Scythiz populos, lunatifque ordine peltis-Finxerat indomitos Thraces studiosa sororum Adriadum manus: hic Lyciis præcinca phareteis Turma nitet sagulis; it fascia turbine storto Consurgens capiti: discincti in stamine pulchto Ardebant Afri: & gens fortunata Canopi Non aberat, palmæque ferax quos mittit Idume. Tum collectus aquas septemplex gurgite Nilus Per diversa means ibat, cui serta cadebant: Taurino capiti; hinc fluvio jam mollior aureo: Hebrus: & ipse metu compressus Bosphorus ora Cautibus horrescens latices versabat amaros.

Talibus intextum per forica line figuris
Spirat opus rarum; ac tanto velatur annetu d
Divinos afflans genialis lectus odores pur de

Atque ea dum toto properant super sequore Nymphæ Nereides; spatiosa freti aurea pompa secabati Magnæ Amphitrites: jam tum læsa agmina divum Appulerant totis diversi e partisus orbis; Multiplicique magis semper comitatus eundo Crescebat numero: veluti cum spiritus auræ Incubuit pelago, paullatim albescere succus sure Incipiuot, numerumque augent; st jam salis aktis Immensos campos, & consona slitora compleat.

DELPHIN. LIB. III.

Ergo inter primos bijugo delphine secundum Signabat cursum ductor Delphinus amaros Infindens latices, tum numina mille sequuntur, Oceano quæ mille dedit circumstua Tethys Fluviorum sacrum genus, Oceaneia proles. Prima tenent primi proceres Nilusque, Padusque, Aureus hic duplex cornu, ora nigerrimus ille; Sub quibus innumeri amnes, qui ditissima culta Fertilis Italiæ secundant slumine pingui: Quique etiam Æthiopum liquere nigrantia regna, Et loca perpetuo solis damnata calore, Armeniæque imas valles, magnumque Niphaten, Qua caput Eusrates rapido cum Tigride tollit; Quique Indum, & Gangem supra, gentesque repostas Percurrunt, penitus diversi solis, & orbis.

Hinc aderat Rheseus Peneum propter amænum, Alpheus, Phasisque asper, Mysusque Caicus, Et Phrygius Simois, gelidarumque Ister aquarum. Ipse & olorinis intectus cornua pennis Cornua procurvo sibimet sinuosa reflexu, Ibat Mæander; sequitur pulcherrimus Hermus, Aurea cui tenui dependet vestis amiciu. Tum nigris Æsapus aquis, unaque Scamander, Sangariusque fluens magnum, rapidusque Alyacmon, Et Strimon, Ladonque, & pulchra argenteus urna Velatus madidos Achelous arundine crines. Hi pariter, quascunque oras tenuere plagarum, Centum amnes secum rapiunt, centumque fluenta, Stagnantesque lacus, & vivo gurgite fontes; Et variis pariter prosulcant æquora monstris. Pone sequebantur, qui alterni cardinis amnes Vasta tenent: post hos, proprio qui nomine Iberus Infignit terras centeno nomine secum Fluviorum agmen agens; hinc cinctus Betis oliva, Et formosus Anas, & molli pulchrior unda Duria, & ipse Tagus devecto turbidus auro;

M. Pub. Fontanæ.

Atque amner Sicoris non ultimus inter Iberos: Sub quibus & Lixus Lybicis dans pocula Mauris,\* Tritorique, & Cinyphs, & lento Bragada fluctu, Quisque swain frenans equo discrimine Pristin.

At propius comites ternis in millibus ibant Tethyos undose non ultima pignora Nymphe: Pithoque, Admeteque, Ianiraque, Callirhoëque; Majores natu Europeque, Asieque, Thoeque, Spargere quæ levibus post candida terga capillos Effusos dederant ventis: pulchræ æmula matri Amphiro, Eurynomeque, Idyaque, Melobosisque, Cerceisque, & flava Wyche, & spectabilis Hippo Crinibus, atque Eudore, atque Ocyrhoe, atque Calypso: Omnes evincta flaventia tempora fertis, Quasque omnes bisidis verrentes æquora caudis Delphines placido cursu per cærula tollunt. Ipsa peregrino cultu medio agmine virgo Glauco nupta Jovi, & magnum ascensura cubile Provehitur, cinclu triplici collecta fluentes, Cæruleosque sinus, gravidos Gangetide gaza, Eoisque opibus; numero quam lectus ab omni Semifero extollit substratus corpore Triton. Illum habilem, fertisque, & acuto murice stenat Insidens: niveæ delibant æquora plantæ: Qualis ubi Oceano jam pleno lumine Phœbe Extulit os facrum, dilecti sideris ignes Scintillant, sursuque vago famularier ardent; Illa autem alternos fraterni luminis haustus Adproperans, roseo summi fastigia cæli Axe terit, nivea perfundens sidera luce: Haud aliter forma spectabilis Heroine Vecta ibat: dextra Oceanus, læva hæret eunti Tethys; & neptem testantur numine avito.

Interea Adriacas concesserat omnis ad undas, Dum legit ipse ingens comitatus Iapigis oram, Nersi magna domus, nec non Neptunus amoris Iam DELPHIN. LIB. III.

Jam longi impatiens: ubi jam tum mille vocati Constiterant sluvii, silvarum & numina mille: Quippe aderant amnes, qua per diversa voluti Labuntur Tanaisque ingens, Albisque nivalis; Qua Rhenus, Rhodanusque sluunt, æstuque sonanti Exundans Tamesis persultat saxa Britannum.

Hic pater ante alios Benacus tempus utrumque Medorum fronde intectus, quæ plurima ripas Vestit læta suas, ac suavi mulcet odore; Excipiens divos grato sermone tenebat. Nec minus ipse lacus domitor Sebinus amæni, Ollius atque Athesis, & longis slexibus errans Mincius, & pluviis exultans Mella sonoris, Medoacusque freto nunquam non proximus ipsi, Delecti socii, se ad munera tanta frequentes Addiderant, studioque omni, quid quemque decebat, Præstabant, tectisque dabant considere opacis.

At Rex undarum, totiusque arbiter asti,
Dum faciles oculos lætus per singula volvit,
Et læto pariter circumspicit omnia vultu;
En procul immensi pelagi tranquilla per alta
Aspiciunt innare globos; jamque agmine multo,
Et magis, atque magis toto se essundere ponto.
Convertere oculos cuncti: sit undique denso
Concursu strepitus. subito per viscera lapsu
Sollicitat sensus Neptuni servidus ardor;
Ille calet, quatiturque gravi sub pectore motu;
Inclusus veluti, excisque erumpere claussitis
Spiritus intentans; nimio cum exusta calore,
Aut ubi victa gelu tellus; latera intima pustat,
Exploratque aditum obnitens, quo terra tumultu
Concutitur, magnisque agitatur motibus sotus.

Jamque adeo antevolans durati mariforis arva
Contigerat ductor Delphinus; cum procul, inquit,
En perfecta tibi vasto quæsita profundo
Connubia; en, quæ læta venit, Rex optime, pompa:

D 2
Dic

Dic Nymphæ cantus ineant, celebrentque hymenæss. Sic ait, & Regis pariter confessus honorem Oscula libavit dextræ; tum deinde sororem, Nereidumque patrem dextra, lævaque petivit.

Interea emenío pelago condenía tenebant Æquora, frondentesque domos magna agmina divûm; Cum simul & cœtu glauco stipata sororum Nerine incessit, vultus dejecta decoros; Cui mater se se haud segni tulit obvia passu; Atque ipsam medias inter complexa catervas Lutea virgineum nuptæ tectura pudorem Flammea demisso ante oculos suspendit amicu: At Virgo dum interque manus, atque ora parentum Hæret inexpletum, dulcique tenetur amore: Ecce per aerios veniens dea candida nimbos Effulfit Venus; in numerum gens mollis amorum Advolitat pennata cohors, hinc Gratia triplex Gestit odoratas florum quassare coronas: Jam pater omnipotens divûm, jam maxima Juno, Atque omnis superûm cœtus circum æthera lapsi Adveniunt, tenuesque oras sulgore serenant. At prior ætheria gestans Hymenæus ab arce Ardentem tedam, & pelago vestigia figens Accessit; matrisque sinu, atque e pectore flentem Detraxit natam; tumuit sub veste jugalis Virginitas matura toris, & nubilis ætas; Inde illam astanti certa sub lege secundo Tradit habere Jovi. tum præsens cinxia Juno, Atque ultro amborum dextram Cytherea vicissim Fœdus in æternum accipiens connubia sanxit: Tunc Hymenæa choros, festivaque carmina plausu Instaurare jubet: subito plaudente chorea Confortes geminos infigni nomine tollunt. Jam scopuli, fluctusque sonant vasto æquore; jamque Litoribus totis circumsonat Amphitrite. Nec minus exultans mollis comitatus amorum SparDELPHIN. LIB. III.

Spargere tum violas, plenis tum cana pharetris
Lilia deproperant, Neptuniaque arva rofarum
Purpureo, ceu ver placidum, perfundere nimbo.
Haud mora: continuo moniti confidere mensæ
Conveniunt, sedet ipse pater divûm, atque hominum rex,
Præcipuus solio; hinc princeps Neptunus aquarum,
Hinc nova nupta locant vitreis in sedibus artus:
Jam summi proceres divûm cælestis origo,
Jamque alii, madidique amnes, viridisque juventus
Oceani, Nereique domus, nemorumque puellæ
Assidunt, gaudentque pari discumbere cætu.
Hic tum tercentum Nymphæ, totidemque ministri
Divinum genus expediunt operosa canistris
Munera; certatimque epulanda ex ordine ponunt.

Luxuriantque epulæ & spumantia pocula rorant.

Tum primum Faunos cum montivagis Silvanis,
Panasque, Satyrosque ausos se credere ponto
Contigit; ac primum divûm in partem esse vocatos:
Nam calamos instare leves, & carmina cantu
Dicere dum tentant, & rustica sibila fundunt
Inter odorati nemoris condensa; deorum
Arrist Pater; & mensarum ut dona capessant,
Lætitiamque dei, indicit. tunc; ite bicornes
Semidei, silvas per sæcula longa tenete:
Namque erit, & qui vos divûm dignetur honore.
Dixit: dista omnes certis assensibus implent.

Jamque adeo dapibus divi vescuntur opimis,

Ut vero sublatæ epulæ; crinitus Apollo Consurgens mensa, mediisque sororibus astans Tangit ebur, numerosque movet testudinis aureæ: Jamque manu insigni digitis, jam pectine pulsat; Concordemque movet numerosa ad carmina vocem: Extemplo cessare auræ, perque ora volare Æternum sacris samulata silentia Musis: Tum varias Protei pecudes gestire videres, Silvestresque seras extento sidere ponto:

Nam-

M. Pub. Fontane. Namque canebat uti Genitor succensus amore Congestam molem densa compagine rerum In spatium immensum primo secreverit ortu: Unde novus tantis effulserit ignibus æther, Atque ipsum late cæli spirabile lumen. Ut primum effusis tellus consederit undis Extollens gravidum caput; unde hæc mille volantum. Mille hominum, pecudumque trahunt animalia vitam. Hinc convexa poli tantis sulgentia signis Adjunxit, testata canens vestigia famæ, Et virtutis opus, meritæ & nova nomina laudis. Atque hic suspiciens: quid tu Jovis impiger ales, Quid tu sancte senex Chiron, quid Pegase gestis? En, retrahunt se se, & cæli spatia ampla relinquunt; Invitantque novum sidus, quod lumine deno Effulgens sacris sitientia pectora lymphis, Oraque conspergat vatum, jam tempora longa Legerunt Parcæ; jam fati terminus instat. Ille canit: liquidis responsat vocibus Echo; Assensuque poli septena volumina plaudunt.

\* ;

Tum Pater omnipotens rerum inviolata potestas Incipiens, blando defixit lumina vultu Oceanum in patrem; atque his vocibus ora resolvit. Stat rebus sua cuique fides; immota tuorum Fata manent, Genitor: jam tum que numine ductus Effinxit Proteus, Delphini illa aurea proles Consurget; supraque homines, Divosque videbunt Virtute extolli, terras quascumque recurrit, Metiturque plagas vitali lumine Titan. Hic, ubi nunc densæ diverso e stipite frondes Consociant se se, & late hæc umbracula texunt, Urbs illa Veneti Imperii mansura per annos Æternos, medio attollet capita ardua ponto: Bella geret, populosque acres contundet, & urbes. Atque hic Semideum Delphini magna propago Consulet auspiciis Veneto comunibus orbi.

DELPHIN. LIB. III.

Quin vos montanas stagnantia numina lymphas, Benace, ac Sebine pater, volventibus annis, Insignem pietate virum cernetis ad alta, Una instar vobis cum stabit Brixia regni, Mænia provectum sacris succedere templis, Qui proprios divam cultus, ritusque sacrorum Servabit, longoque augebit doctus ab usu. Ac velut Hesperidum extremo ex Atlante repostis Nympham Amphitriten Delphinus vexit ab hortis; Sic ille errantes, multorum regna revisens, Deducet populos, atque ad meliora vocabit: Fabor enim; cuncta hæc funt argumenta futuri. Sed quid plura movens dudum fulgentibus aftris Demoror ardenti signum transcribere Olympo? En tua perpetuæ Delphine insignia samæ, Et quasitus honos: discant ipsique nepotes. Hac air: & calo Delphin invectus aperto Fullit; leque ingens ingentibus addidit aftris.

Fortunate PATER, jam tum Sebinus honores Præsensit DELPHINE tuos. Ego, propter amoeni Litoris Olliaci sluctus, ignobilis oti Correptus studio; qualis per gramina veris Sedula Apis storum delibans summa volatu, Ut stipet dein melle savos; hoc carmine molli Teque, tuamque domum, patriam, laudesque tuorum Æternis mecum tentavi intexere chartis: Dum te Teutonicis DECIMUS modo TERTIUS oris GREGORIUS pastor, series cui credita rerum, Destinat; in partemque vocans, operumque laborem, Romano Imperio, atque immenso prospicit orbi.

### FINIS.

D 4

MAR-

# MARCI PUBLII FONTANÆ

HEROICORUM CARMINUM

LIBER PRIMUS,



#### SEBINUS

A D

### ANTONIUM MARTINENGUM

IN ADVENTUM

### HENRICI TERTII

Galliarum, & Poloniæ Regis

### INVICTISSIMI.

Enomani decus egregium, bona numina campi, Sebini muscosa quibus sub tecta parentis Stare datum, laticesque simul tranare salubres; Vos, quæ fatidico Sebinus pectore, Nymphæ, Dixerit Henricum in Regem, quem numine dextro Mollibus exceptum ardebat complectier ulnis, Dicite; nam vobis mediis in sluctibus olsi Gratari libuit, sesto & colludere cursu.

O, me quæ vestrum, mecum dum tanta paratis Actæas inter silvas, vestroque sub antro, Tempe ubi perpetuis Zephyris agitata virescunt, Evinctum sistat Phæbæa tempora fronde! M. Pub. Fontane
At tu, Martigenûm generosa atque inclyta proles,
Antoni, licet ipsa animum Mavortia tentent
Classica, & intus amor tantus juvenilibus annis
Estuet armorum, sacras ne despice Musas
Terribili calamos lituo miscere canoros;
Quandoquidem hæ meritos animos, & fortia bello
Facta virûm æternant, summum & super æthera
tollunt:

Advenier, magnos Heroas cum æmula virtus, Et claros superasse Duces præstantibus ausis Gestiet: hinc passim matres, hinc Itala pubes, Instructæque acies magno clangore tubarum Te patria advectum spectabunt tecta triumpho. Ipse tuas laudes, saveat dum magnus Apollo, Olliacas propter, deducam carmine, ripas: Et mihi serta legent æterna in præmia frontis Centum quæ Nymphæ labentia slumina servant.

Forte Pater viridi in strato, undisonisque sub antris, Magno ubi curvatur muscosus pumice sornix, Diffusa cælo fatorum ex ordine leges Volvebat, prona cubito declivis in urna: Nondum aurora sinus roseos laxarat ab ortu, Nec matutino stillabant gramina rore; Cum videt insolitos hinc inde erumpere fontes, Et vitreas undare domos, cavaque antra repléri, Nec non nectareum lymphas sumsisse saporem. Dumque hæret dubius, summo dum gurgite tollit Cæruleos vultus, velataque cornua lauro; Aspicit auricomis calathis per litora circum Lilia flagranti Icario florere sub astro; Blandaque odoratis aurarum flamina pennis Aëra per liquidum dulci volitare susurro. Agnovit Deus optatos sibi lætus honores Advenisse: oculos attollens lumine glauco. Suspiciensque alto labentia sidera cælo Hæc memorat; tum firata filent per marmora fluctus. HEROIC. CARM. LIB. I.

Deliciæ Veneris magnæ, nitidissime semper
Stellarum, quæ celsa poli convexa tuentur,
Lucifer, os sacrum qui dum persusus eois
Oceani immensi lymphis, super ardua curru
Prævius auroræ bijugo raptaris Olympi,
Telluris gremium irroras, & gramina pascis,
Salve: tu nobis venturi gaudia sæcli
Annuis ante alios primus sulgore corusco:
Namque aperis, revehisque diem, quo clarior alter
Non suit ante mihi, aut tanto me affecit honore
Rex superum nunquam, aut sluidarum rector aquarum.

Demissum cælo magnis virtutibus auctum Accipiam juvenem; summoque in gurgite sistam O decus eximium terræ, & Dis æqua propago HENRICE, o veterum surgens nova gloria Regum. Ille Deus, qui cuncta regit, tibi Gallica Regna Terrarum late triplices discreta per oras, Tot vexata malis, tantis agitata periclis, Debita regali virtute, & sanguine avito, Jam primum stabili fatorum numine servat. Aude animis, longa folves formidine terras, Pacatumque reges firma ditione potitus Imperium: nunc immiti stet perdere ferro Tot scelerum facies, cultusque abolere profanos: Indomitos compesce animos, temnentia fasces Tot portenta hominum, infamique simillima proli, Quam fœtu irata uno aufa est producere tellus, Cœumq. Enceladumq. preme, immanemq. Typhœa. Haud jam candentes vastis fornacibus Ætnæ Liquescent chalybes, nodosave retia fingent Vulcani famuli positis incudibus, astu Ut capiare, dolos atque experiaris inanes.

Jam video trepidare metu, jam pestora solvi Insidæ gentis: video turpi undique luctu Impia corda quati, audito vix nomine tanto HENRICI: nondum sceleratis mentibus ingens M. Pub. Fontanæ

Pulsus, adhue pavor ille viget, tempusque per omne Per memores sastos vivent horrentia belli Facta; suis repetet ventura nepotibus ætas, Ut sceptri patrii vindex, ut maximus ultor Æratas acies inter, conspectus in armis Acri sisus equo, primo sub slore juventæ Contuderis dubio obstantes in Marte catervas, Cum caput attollens diro gens essera sastu Ausa suo est Regi strictis concurrere telis.

Quas clades Morini, quas longis Lingones hastis Armati, aut quid non tanto in certamine savi Vascones, immanesque Hedui sensere? manipli Leucorum cecidere truces, Senonumque cohortes Adverso sub Marte; ruce in terga feroces Santones; assutusque in gyrum vertere frenis Quadrupedes, dum vectus equo se se arduus insert Sequanus, infecit letali sanguine campum.

Testis, quæ Celtas undanti Sequana suctu Dividit a Belgis irrumpens agmine multo: Testis & excidii memor ipsa Turonia tanti, Cornea ubi latos pessundedit ungula campos, Aversæque atra cæde occubuere phalanges. Hinc Arvernorum Ligeris qui finibus exit, Atque diu Celtas sinuoso vortice lambens Oceano vasto rapidis confunditur undis, Testetur, memorans quot saucia corpora, quotque Scuta virsim, galeasque illustri gurgite torsit.

Obstupuit toto percussus slumine Rhenus, Auguore qui arctoo Germanica litora pulsans Gallica ab Eois disterminat arva colonis. Obstupuere Alpes, madidis quas statibus urget Eurus, & Ausoniis sluvios dat crescere campis Vorticibus tortis, sluxuque undare nivali. Occiduis te celsa jugis incana Pyrene Horruit, & tristi vultu prospexit Iberus, Teque sub algentes Helice timuere Britanni:

Te

HEROIC. CARM. LIB. I. 61
Te Rhodanus, qui Ararim raptans, velocibus undis In mare Tyrrhenum bifido devolvitur alveo.
Nec tantæ domitos latuere infignia famæ
Sauromatas, rapido cursu quibus alluit urbem
Vistula regalem, & mediis discriminat undis:
Namque omnes magnum certo te nomine Regem
Conscivere sibi, sacras qui condere leges
Sciret, quique æquis populos frenaret habenis.

Illa quidem gens tota animis subsedit, amaro Discessu turbata tuo; ast te Juppiter ipse Non tulit absentem (cælo jam fratre potito) Sedibus esse tuis, sed avita ad sceptra vocavit.

Ergo iter incepturi perage ipsis auspicibus Dis. Nonne vides tantis lætentur ut omnia cœptis? Et Populi, latæque Urbes, terræque jacentes? Ut Protei, Phorcique Chorus, gensque humida Glauci, Et dorso vectus Delphinum per freta Triton, Cunctaque, quæ gremio complectitur Amphitrite, Præludant, agilique secent salsa æquora lapsu, Qua se procurvo diffundit litore longus Adria, cæruleo contundens oppida fluctu? En Urbs , quæ Adriaco surgit pulcherrima ponto, Quæ regnans dat jura procul terræque marique, Ut tuto Regina sinu prægestiat; utque Exultet Venetûm Patrum grandæva propago, Quæ Tyrio fulgens faturis fe murice pallis Tota tibi addixit? quis nam memorare canendo, Quis satis, o poterit, Populus sanctusque Senatus Inclyta quanta, polum lustrat cum lampade Phœbus, Quantaque cum niveo splendescit Cynthia cornu, Effecit? celebres plausus, altosque paratus? Ut cum te Adriaoas juvit deferre per undas Centauro in magna, cui circum purpura luxu Regifico, contexta auro, gemmisque rigebat; Dum freta luminibus pictis circum undique matres Spectarent avidæ tecto, & suggestibus altis.

M. Pub. Fontanz. Ausonii exiliere Duces, & Romula tellus Excita, sollicitum depulsat corde timorem. Nam neque nunc hostes vastare novalia culta. Et passim, ut timuit, latis discurrere campis, Templa Deum incendi, & dura obsidione teneri Hesperias urbes, aut talia tristia cernet. At juga conjicies duris cervicibus, ardens Colla superba premes, & ferrea vincula nectes.

Nec patiere diu Stygiis infecta venenis Dogmata, ut ante, tuis sic lata inserpere Regnis, Vipereamque animam, occultumque in pectora virus Inspirare, & falsa odio sub imagine veri Reges in sacros teneras incendere mentes: Nam tu luxuriata satis contagia dira, Et nocuæ segetis gramen radicibus imis Admotis tandem succendes ignibus; ipse Omnipotens genitor, terras qui numine complet, Expetit hasce vices, sic sata immota reposcunt.

Nunc agedum, auxilio tutus spoliisque decoris, Italicisque opibus, multo stipatus & auro Huc adeas, tantoque tuo jam conspice vultu Humida frondosos circum stagnantia colles. Regna: Ego sum, toto quem stratum flumine cernes. Hic mihi certa quies: hic vasti conditor orbis, Cum concreta novis voluit splendescere formis, Hospitia hæc mihi tanta dedit, sedemque locavit. Infula quæ circum refluis conspergitur undis, Quæque ferax miti Baccho, pinguique Minerva Erigitur, tenues aprico vertice ad auras Exercenda suis dans pendula terga colonis, Sacra mihi semper, statio fidissima Nautis.

At subter muscosa mihi testudine lata Antra sonant intus stillantibus undique saxis: Hinc & centenæ per culta sedilia Nymphæ Mollia pensa trahunt: pars suco stamina pingunt, Pars virides tenui filo contexit amictus. Hæ

HEROIC. CARM. LIB. I. Hæ tibi cospicuæ Arcis sub laquearibus altis Martigenûm, cui pulchra sui se culmine montie Insula supposuit dans late cuncta videri, Consternent mensas; operosaque dona canistris Expedient almæ Cereris: paterisque Lyæum Auratis fundent, & multo flore madentes Et myrto impedient calices, viridique corona-Astabunt lecti Proceres longo ordine mensis: Cernere erit decus oris, majestate serena Demulcens radios, tranquilloque omnia vultu Perfundens circum mira dulcedine: talis Juppiter est mediis visus discumbere in astris. Non secus umbrosa Getici Hæmi in valle recumbit Depositis Gradivus equis, cum florea Tempe Defixa obtutu hærent, ardescuntque tuendo. Hinc inter dulces pulcherrima nata sorores Docta Isza lyræ percurrere pectine chordas, Felices epulas, convivia festa Deorum Concinet, ingentes cæli septemplicis orbes, Atque ausus terræque minas, & bella Gigantum, Semideûm unde genus sacrum, durosque labores Amphitryoniadæ, ut domuit populosque, serasque. Huicque tuas grato conjunget carmine laudes, Et Regum seriem enumerans, & facta tuorum, Succendetque animos; atque ut majora sequare, Altitonans, quæ nocte polo manifesta sereno Signa dedit, referet; cum tarda sub Cynosura Ardentem nubem, radiis infignibus auro Applicuit, longo ter se demittere traclu Ad terras, & ter visam ad supera ardua tolli. Scilicet extremos Regnum transusque Britannos Sidere sub gelido, arctous quo sera Bootes Plaustra vehit circum, extendes, ursamque frementem Vastantem rabido ore domos, & templa Deorum Compesces bello, & multo cum sanguine sundes. Tum resonare tuum glacialis litora ponti Et

M. Pub Fontane. Et nomen discent vada caligantia Thules. Hinc tibi folemni ponet certamina ludis Gallia; & illa tuo pulchro de nomine dicet: Qualia confectis & Gracia olympia lustris Sacra Jovi instituit; vel qualia Pythius arcu Insignis Lyciis strato Pythone sagittis. Inde tuos, nutu rapidum qui temperat axem Cælicolûm Rex, longævi post Nestoris annos Felicesque dies, cælo vulgabit honores, Quâ Ledæ paribus soboles complexibus ardet. En hilares nitido solvunt jam brachia collo Cum gemino Castor, gemino cum Castore Pollux, Seque tibi cupiunt duplici conjungere dextra. Salve Heros, salve afflictis o maxime rebus Præsidium, per quem tantis quassata procellis Fluctibus immensi pelagi rumore secundo Cærula pacatis Puppis Romana secabit.

Ecce tibi ut vernos summittat dædala flores Terra novo fetu, ut læta per gramina damæ, Capreoli imbelles, infirmique artubus hædi Exiliant, ut picta sinus per litora conchæ, Perque tibi multo ludentes agmine pisces Stagna, lacus flexis caudis, humentia verrant. Aspice, qui circum surgunt per litora colles Ut tibi frondescant; ut toto vertice nutent. En inter violas, multis bene olentibus herbis Narcitlumq. crocumq. inter, blandumq. hyacinthum Aura suave tibi florescunt lilia passim. At, quæ signa novo cedentia sidera nutu Pondera convexi ostentant per inania cæli? Mutatamque pii divino numine Regis Præmonstrant mentem, qua tuto tramite ad oras Ad patrias remeet sedes, fatalia ad arva? Qua te fata vocant, î Divûm maxima cura. Macte animo Henrice, & duplici dignate corona. Occurrunt lætæ Dryades, gelidasque per Alpes

65

Et munire viam foliis, & spargere flores Certabunt calathis, atque hæc ad munera raptos Substernent ramos glaucæ pallentis Olivæ.

Fama præit; tibi signat iter stellantibus alis Gloria; Gorgoneo dum personat ægida vultu Quadrijugi currus candentes ante jugales Nata Jove, Odrysio Marti conjuncta virago. Hi te purpureum, insigni & diademate Divi Fulgentem Regno statuent, solioque locabunt. Hic tibi gramineo ponent in litore Nymphæ Solemnes aras, viridi conchylia musco Mixta serent, referentque tuas in carmina palmas, Lustrabuntque aras, atque annua sesta novabunt. Sicque tuos celebres abitus, desideriumque Dulce tui labens per sæcula sentiet ævum.

Eja agite, o sacris Nymphæ jam assuescite tantis. Vos mea Progenies huc huc rutilis calathiscis Insigne, immortale decus, decora alta Parentum HENRICI. auratos decerpite pollice slores: Vos niveos ornate sinus, crinesque comantes, Undissuas decorate domos; stent lilia circum Sedes, & vitreis suspendite serta columnis.

Quæ jam prima choros arguta voce ciebit?
Quæ vestrum lusus? meritas quæ protinus aras
Constituet? Regemque HENRICUM ad sacra vocabit?
En penitus cælum pallenti exsolvitur umbra,
Ros & odoratis distillat ab æthere gemmis,
Æthereique ignes cessere; at Lucifer altum
Lustrat iter: roseo Pallantias exit amictu.

Dixerat: actutum flavo se vertice tollunt Pube tenus fluvio extantes, vaga Numina Nymphæ: Sarmeque, Xantoque, Lygeaque, Cymodoceque, Isa, atque Ephyre, atque Lycorias, atque Taburne, Humentesque comas, & candida colla, manusque Baccatæ Indo Chrysolito, Scythicoque Smaragdo Nesee, Drymoque, Saleque, & roscida Clune Cydippe, & Lupere, & viridi Pifæa capillo, Auratis bullis succinctæ pectora baltheo:
Olliades se addunt socias, quas pulchra Palusce
Ante alias agitare leves assueta choreas
Prima ciet, calamosque animis impellit elumnos.
Certatim expediunt Divi mandata parentis:
Hyblæum ceu examen apum sub vere sereno
Floribus exultant variis, ratilantia passim
Lilia fundantur, canctæ stant frondibas aræ,
Inde leves agitant choreas; & sitora, & undæ
HENRICUM, nemorumque trequens iteravit image,
Paullatim donce processi sumine Titan.

Part of the

Jr . 4. 3 3 3 1000

with the sound of the sound of the sound of

#### IN MARIAM AUSTRIACAM

#### A D

#### PHILIPPUM TERTIUM

Hispaniarum, & Indiarum Regem una cum Margarita ei desponsa filia proficiscentem

#### CARMEN.

Uo me dulce rapis, Clio? quo gaudia menti Sufficiens, trepidum venerando pectore tollis? O me si puerum, per amica silentia ruris, Et gelidos sontes, silvasque, & prata sequentema Castalio quondam mersistis rore, Camœnæ, Abluite impuram sacro nunc gurgite labem Illuviemque omnem vulgi, mihi Regia Mater Mandanda est niveis operosa per otia chartis. Purius illa quidem, longeque augustius ardens Eois baccis, intacto pectine, & cre Digna cani vestro est. Ecquis tam mira canenta Astruat hæc eadem? ingenuo pudor ora colore Tingit, mendaci metuens ne me arguat ætas.

At tu Diva, tuum cæli trans nubila vatem. Expedias, tua pone sequens vestigia claudet. Quænam tantarum sumam primordia laudum? Aut mihi quem sinem statuam, dubiusve requiram, Dum datur immensos rerum penetrare recessus? Sic, ubi perventum frondosæ ad limina silvæ, Lignator, Dryadum spectans decora alta sororum, Ambigit, ancipiti quæ primum robora ferro

--1

Appetat; annosam procero hic stipite quercum Suspicit, hic strictis, obtentis frondibus illic Miratur plantas, & quæ pulcherrima visu Per nemus antiquum generoso vertice surgunt. Alt ego non stirpem antiquam, non Norica sceptra Per tot ducta Duces, tantos servata per annos Incipiens referam, nec quo gens Austria venit Sanguine; quoque modo longævæ munera pacis Confovit; matresque dedit, natasque seraces Heroum, terram imperio, Oceanumque regentum: Hæc etenim, cunctis steterunt quæ maxima semper, Quæque tenenda simul sunt augustissima semper; Nil tibi, nil MARIA ut cæci ludibria sensus, Nempe boni, aut veri non attingentia sedem, Præstantem movere animum: quin talia lævo Cum pede pressisses, studiorum hæc una tuorum Cura fuit, mentique ingens ardentius hæsit; Ire per æternos vitæ melioris honores, Priscorumque sequi vestigia celsa parentum. Et proprias adhibere artes, qu'is facta piorum, Sin minus illa quidem superare, æquare valeres.

Ipsa etenim noras, quod non præstantior ulla Aut prior est virtus pietate: ut quæ una superne Illabens animis, totum mortale repurget, Et faciat genus esse Deum; sanctoque pudore Persundens, veri inspiret genitoris amorem. Degeneres siquidem studia in contraria mentes Ipse, sibi nimium indulgens, amor improbus urget. At proh quanta Dei strinxit tua pectora cura! Namque ubi non modicis contenta licentia rebus Fertur ovans, rituque ullo nec lege tenetur, Ipsa per & medios populos, & compita, & urbes Conspiceris, quæ sacra Deum, quæ templa frequentet, Instauretque suis, reparetque altaria signis; Prætendatque sacem sinceri laminis: unde Tot tenebras inter, rigidis Aquilonibus actas,

69

Totque inter cæcæ sidei divortia, callem Arripiat quisquis stellantia limina cæli Optat, & æternis tendit considere regnis.

Cetera quis memoret? quæ tecum plurima clauso Exerces thalamo, dum sacri luminis haustus Suspiras, teque ipsam ausis non mollibus urges? At divûm Pater, atque hominum qui lucida torquet Sidera, cuncta videns, pulchræ hæc cassissima luci Evulganda dedit, qua tellus Itala longe Porrigitur, gemino qua Hispania sunditur orbi. Ecce urbes patrias, & Norica castra relinquis Austriacis excita oris ad litus Iberum, Ut natæ desponsa Parens connubia præstes; Atque tibi ingentem alterno sub cardine Regem Adjungas generum, ingenti ditione Philippum:

Tunc tua te pietas, fidei tunc inclyta virtus Prodidit, atque altos animi reseravit honores.

Principio delubra petis, divosque precata Poscis opem votis; & sancto numine firmas Quidquid conjugio Natæ, thalamisque sacrandis Despondent Superi. at precibus jam rite solutis Relligione patres primos accersis, & ipsos Consulis, humanas vires cælestibus addens. Proveheris tandem: nec cœtu, aut milite multo Femineum stipata latus, nec divite pompa Gaudes: quin vultus tua dum materna serenat Majestas, populisque simul pudor ipse verendo Tangit corda metu, & grata dulcedine mulcet; Ipfa animos fensumque humili compescis habena. Nec vero plebis voces, aut gratia pleno Assensu procerum, non omnes omnibus urbes Effusæ obsequiis, tantarum aut semina laudum Carpebant immota ullo præcordia fastu.

O Matrum decus, o Augustarum Austriadum Iux, Quantis te Superam, & summi indulgentia cæli Prosequitur donis! memori hæc tu pectore quantum E 3 Sum70 M. Pub. Fontanæ.
Summittens animos recipis! confessa nec illa
Promeruisse unquam, nec tantæ cedere samæ.
Quid, quod gnata Ducum, & genitrix pulcherrima

Regum, Et natas dederis fecundo fertilis alvi.

Fenore, quæ magnos parerent pro tempore Reges, Supremo ascribis cuncta hæc accepta parenti?

Felix prole parens: tu nostri gloria sæcli
Et genus, & proavos laudum sulgore coronas.
Quippe sacem caris præserre nepotibus ardes,
Et monstrare viam, pulchris quæ noxia plantis
Devitent: sie dum vigiles sermone fruuntur
Colloquioque tuo, sanctæ pia semina vitæ
Excipiunt, moresque bibunt, exemplaque sumunt
Prisca pudicitiæ: hinc messis lætissima fructus
In varias oras externa in regna prosudit.

Hic; quæ nunc iterum ob sumtos Ferraria fasces Exultat, desueta iterum quæ sceptra salutat; Dum jam molitur Romana exordia Clemens, Dum laxat quæ damna premunt, dum jura refigit, Et reduces senium rursus dat sumere leges; Explicet, ut longe adveniens matrumque, patrumque Undique concursus properaret in ardua quæque; Turbaque te solam circumstipata videndi Flagraret studio, atque avido spectaret amore: Ut Nupta decorata latus, venerabilis ires; Ut divinus honos ori fulgeret; ut ipsa Aftaret nimiam spirans reverentia samam. Qualis ab Aurora genitrix Berecynthia curru Invehitur placido, Phrygii hinc, atque inde nepotes, Idzique Chori, matrem sectantur euntem: Qualifve alma Ceres, Siculas cum vecta per oras Persephonen serret, grato surgebat amictu Flava feges comitata rotas, fecundaque sulcis Orbita Trinacriæ spiceas spargebat aristas: Talis per medios populos, urbemque frequentem Ibas .

HEROIC. CARM. LIB. I.

71

Ibas lata parens, talis te magna ferebas. Ast ubi Romulei, summo qui cardine rerum Imperio invigilant, proceres cum patre sedentes Te mediam templo accepere, quid optimus ipse Arbiter, atque parens orbis, quid nomine tanto Dum prona ad sua genva cadis, dumque oscula plantis Admovisse juvat, vidit? quæ terta vicissim Gaudia, quos sensus alto sub pectore pressit! Vos genus ætherium, ardentis qui regia cæli Atria pennipedes premitis, vos conscia testor Agmina exlicolum, qui puro lumine corda Et purgare datum, & curas aperire latentes;

Dicite que pietas, que virtus ignea sanctam Corripuit mentenn : 85 materna in viscera repsit; Cum vultus, magnique pedes Pastoris adorans Humanum est confessa Deum, confessa supremum Præcipuumque caput; cui uni concessa potestas Sidereas æque reserare, & claudere sedes: Scilicet aerias lux est immissa per auras, Unde etiam major vifa est pietatis imago 'Accessisse sibi; unde & Curia numinis alti

Perque choros visi cœtus fulsisse piorum.

Quid loquar? in nivea dum staret regia palla. Dumque oculos demissa graves pudibunda niteret Margaris, & miro Clemens properaret amore Calareos inter tantos, sele auspice tanto, Connubii fœdus vinclo fancire jugalis Omne hoc ipia Parens divini muneris aura Mente colens, vidit, sacrato ut Virginis alvo-Ille Deus, qui suncha fuo fub numine torquet, Non secus ac timemotiponius processerit aureo. Vidit luce income interest in plicis igne, Ut collecta fimul toto sees aurea mundo Conflarit veluti corpus: tum membra coaptant Mystica, sese hujus verum caput ille vocarit. Vidit suspensa multo jam slamine mente, ... E 4

72 M. PUB. FONTAME: Ut secum illustres animæ, cælestia testa Consortesque domos sortitæ gaudia secum Longa bibant, secum & stabili teneantur amore.

O Genus Austriadum, o Divûm lectissima prolesa Te nihil in terris calum sublimius ambit. Jure quidem Augustos Latiis das, Austria, rebus; Et veluti proprium regnis vectigal Iberis Magnanimos confers Reges: jam pæne receptum Jure foves orbem, & facili moderaris habena: Quandoquidem ante alias, sacro succensa calore. Auctorem rerum noscis, præque omnibus unum Læta colis, positisque doces venerarier aris. Quod genus auf Regum, quæve ulla potentia terras Excolit imperio, Divos que sanctius ipsos, Et Patrum placita, & leges, legumque ministros Observet, meritoque æque tueatur honore? Quam digne, o, igitur cælesti lumine ductus Optime Pontificum, Clemens, Dis proxime Princeps Regali es nuptæ sanctissima verba precatus, Digressu dum regna petit; quæ vera locutus Dum tollis, tendisque manus, & scedera sancis: Connubio magni Regis dignata superbo, Divinum Augustale caput, lectissima virgo, I felix, ais, auspiciis felicibus orta; I Reges paritura pios: per sæcla propaget Prole domum, tua Regna beans, hæcque omnia cernens Omnipotens Genitor præsenti numine firmet.

Hic mihi nunc omni studio juvet usque morari;
Deliciæ hæc sint ipsa meæ: hæc ut tanta revolvam,
Pascere que valeant animum,& mentem unde recepta est
Ad patrios revocare lares. Hic ubere largo
Eliciam pietatis opes, pro nectaris usu;
Hic requies, hic sinis erit. Vos optima vatum
Insubrum redimita Cohors, quibus hostia pulchri
Permessi reserare datum, quis tollere cantu
Heroas magnos cordi est: vos cetera Matris
Au-

HEROIC. CARM. LIB. I. 73.
Augustæ, festo quam tota Insubria plausu,
Præcipuam, claramque viris dum scanderet urbem,

Excepit, celebrate pii, celebrate canentes:

Ut sacer ædituam ille Chorus, primusque Sacerdos Majoris templi, eductæ ad sidera molis, Dum se se portis, magnæque ab mœnibus urbis, Obsequium ob meritum, ante ipsos longo ordine currus Ire pedes de more parat, pia mater konorem Reppulit oblatum nequicquam, animogue refugit; His addens: se tanta Deo, templique ministris, Et genus omne suum deferre, ut jure recuset Illos, dum vehitur, non æquo incedere passu. Ut choreas semper, festosve accedere ludos Reginæ in plausum ductos, celebresve comædos Duxerit illa nefas; cum non quæ tempora sacro Luctu indicta forent, unquam violanda putarit: Ut castis supplex aris, genibusque voluta Pulvillum haud mollis premeret, non purpura dives Extructo solio, capitive intenderet umbram, Dum cultu (que tanta fuit pietatis imago) Hostia plena Deo ante aras extaret aperto.

En audire Choros videor, qui carmine ad astra Et MARIAM & benesacta serat: tu magna jacentes Consilio, rebusque juvas: tu septa sororum Virgineosque adiens cœtus, prudentibus orsis Cælestis sponsi thalamos, mensasque beatas,

Et capiti sperare jubes radiantia serta.

Te delubra Deum, te visere condita bustis Corpora, relliquiasque juvat, monimenta piorum Perpetuis servata adytis. Te paupere cultu, Et numero servi exiguo videre precantem Lucis ab exortu vigiles consistere ad aras, Solennemque iterare dapem, & libamina serre: Nec te ullæ species, non contudit ipse viriles Expugnans animos luxus, non te impia blandis Pellexit titulis laus. Salve, o maxima Matrum

M. Pub. Fontane. Spe major, fama melior, facto optima; vincis Quidquid & audire, aut potius sperare minores Venturi poterunt. At tu, dum tanta parantur, Quisquis in arte prior jamdudum flore perenni Demetis Austriadum laudes, ut gratus inumbres Tam divi capitis magno gestamine frontem, En, erit, ut sacris mandes ea nomina fastis, Unde etiam seri labentia tempora sæcli Accipiant, Mariæ quod longi pignus amoris Angustæ peperere moræ? quæ magna reluxit Tunc populis inopina salus quam profuit urbi? Quippe scient, ut jam Patrum, qui mystica curant, Reginæ studio Regi sit creditus ordo. Ut pariter, primi proceres, primique Senatus Quique Magistratu fulgent, sua poplite slexo Proferrent vota admissi, solusque Sacerdos Stare juberetur. Cernent, ques illa rogata Asslatu monitus dederit : siquidem omnia præstent Et curent, qui se divis, templisque sacrarunt, Ut legum servetur honos, ritusque decori Quos primi sanxere Patres, quos Carolus auxit, Carolus immenso spectati nominis orbi. Agnoscent illud magnum, & memorabile donum Munificis cælatum opibus, cultuque superbo, Jam quod ab usque suis, templi non immemor, oris Transmisst; Loculum signis, auroque rigentem: Intus bisseni Proceres, atque inclyta partu Cælestis Virgo; humanæ hinc distincta salutis Sæva ministeria; hinc variis radiantia gemmis Ossa, simul digesta suis pia fragmina cellis. Discent, ut moti tanto pro numine Divûm Solenni incessu æquati longo agmine Patres Sacra hac vectarint insigni pignora pompa. Quin etiam (modo ne vestris quis laudibus obstet Invideatve) legent, quo vos quo munere dignos, Aut quanto pariter vos compellarit honore RcHEROIC. CARM. LIB. I.

Regia tanta Parens: quæ post tot longa viarum
Tædia, postque alto perpessa pericula, sospes
Reque omni incolumi, patrios advecta penates,
Et natos complexa suos, vos protinus ipsis
Affecit donis, atque hæc sibi commoda tanta
In vota, inque preces, vestra in libamina vertit.

En jam cana fides, passis quæ ad sidera palmis Emicat ante socos, priscis annalibus addit, Ut nunc ipsa Parens adverso territa bello, Egregiamque dolens captam cum mænibus Arcem, Pro summo imperio, pro relligione Deorum Advocet Insubres, & totam exsuscitet urbem, Horteturque preces secum descendere in omnes: Tum lustrare ædes, arasque incendere slammis, Atque Dei matrem primum, dominariq, potentem, Et te te Ambrosi, propius qui nostra queris, Templo utrumque suo obtestari, & sidere Divis.

O fax terrarum Austriacum, o mirabile cæli
Hesperii sidus, reseras qui gentibus orbem;
Qua slagras slamma? radiis quot millibus ardes?
Perpetuo mores, specimen pietatis, in ipsis
Omnia erunt oculis, monitus, sapientia, dona,
Sancta sides, humilesque preces. Hoc lumine tanto
Cetera nunc merito palantia se astra potenti
Deliquio sensere premi, nunc luce corusca
Depasci, solitumque jubar splendore recidi.
Emula consimili posthac sulgore sereno
Explebunt tantis proprios virtutibus orbes.

#### DELI DESCRIPTIO:

Nsula est Delos in mariÆgæo posita " Cycladum omnium clarissima, inter quas quasi regina aut centrum media Cynthum habet, editum usque adeo montem, ut totam fere Insulam videatur inumbrare. Hanc occulto quodam naturæ studio delitescentem, & sub fluctibus errantem, stabilem emersisse, in eaque Latonam codem partu Apollinem, & Dianam edidisse, vetus est, & illustris fama. Ceterum Homerus, cujus auctoritati deferendum est plurimum, in hymno Apollinis illam quidem in Ortygia, hunc autem in Delo peperisse, eique Themim nectar propinasse docet non obscure: tametsi Vergilius per juga Cynthi & Apollinem gradientem, & Dianam Choros exercentem commentus sit. Delum igitur ab ejus exordio Aldobrandinam familiam, vel Cynthum potius Cardinalem Ampliss. præsignisicare, eidemque paribus veluti lineis, & angulis optime convenire boc epico carmine, brevi tamquam elogio, graphice demonstratur.

DE-



## DELOS,

#### SIVE

#### CYNTHIUS ALDOBRANDINUS

## CARD. AMPLISS.

ME si Calliope integris scis sontibus usum Semper, & ad nutum nunquam cecinisse potentum,

Cum sola illectus cantus dulcedine vestris
Optarim ascribique choris, & cœtibus adddi:
Sit sas, quæ vates prisci involvere tenebris,
Dum natale solum canerent, & Apollinis ortus,
Hæc eadem nunc ipsa mihi non carmine sicto
Vulgare, & rerum proprios exolvere sensus.

Ecquis me raptum ignotis his applicat oris?
Quæ tantæ veterum moles? quis subluit amnis?
Ut te inter late disjectos undique montes,
Post tot lustra mihi tacitos exacta per annos
Aspicio, agnoscoque libens, urbs magna Quirini!
Nunc scio quid signet, quæ se se ossundit imago;
Quid veri teneant Phoebi cunabula prima:
Namque illa, Ægæis olim sub sluctibus errans
Insula, quæ clarum elatæ sub tegmine palmæ
Latonæ excepit setum, pulcherrima Delos

## DELI DESCRIPTIO:

Nsula est Delos in mariÆgæo posita 🕏 L Cycladum omnium clarissima, inter quas quasi regina aut centrum media Cynthum habet, editum usque adeo montem, ut totam fere Insulam videatur inumbrare. Hanc occulto quodam natura studio delitescentem, & sub fluctibus errantem, stabilem emersisse, in eaque Latonam codem partu Apollinem, & Dianam edidisse, vetus est, & illustris fama. Ceterum Homerus, cujus auctoritati deferendum est plurimum, in hymno Apollinis illam quidem in Ortygia, bunc autem in Delo peperisse, eique Themim nectar propinasse docet non obscure: tametsi Vergilius per juga Cynthi & Apollinem gradientem, & Dianam Choros exercentem commentus sit. Delum igitur ab ejus exerdio Aldobrandinam familiam, vel Cynthum potius Cardinalem Ampliss. præsignisicare, eidemque paribus veluti lineis, & angulis optime convenire boc epico carmine, brevi tamquam elogio, graphice demonstratur.

DE-



### DELOS,

#### SIVE

#### CYNTHIUS ALDOBRANDINUS

## CARD. AMPLISS.

ME si Calliope integris scis sontibus usum Semper, & ad nutum nunquam cecinisse potentum.

Cum sola illectus cantus dulcedine vestris Optarim ascribique choris, & cœtibus adddi: Sit sas, quæ vates prisci involvere tenebris, Dum natale solum canerent, & Apollinis ortus, Hæc eadem nunc ipsa mihi non carmine sicto Vulgare, & rerum proprios exolvere sensus.

Ecquis me raptum ignotis his applicat oris?

Quæ tantæ veterum moles? quis subluit amnis?

Ut te inter late disjectos undique montes,

Post tot lustra mihi tacitos exacta per annos

Aspicio, agnoscoque libens, urbs magna Quirini!

Nunc scio quid signet, quæ se se ossundit imago;

Quid veri teneant Phœbi cunabula prima:

Namque illa, Ægæs olim sub sluctibus errans

Insula, quæ clarum elatæ sub tegmine palmæ

Latonæ excepit setum, pulcherrima Delos

78 M. Pub. Fontane.
Se dat vera mihi, Romano hoc æquoris æstu.
Hoc mare in undoso noscendam; & quanta per umbram

Torpuerant, lætis oculis, afflata videntur. Huc agite, egregiæ, o animæ manus inclyta Patrum.

Socraticis libris, studiisque imbuta superne, Quam pridem augusta legit sibi Cynthius aula, Cynthius in terris humani Numinis instar: Huc si vera seram, mentes advertite vestras: Non hæc, quæ gravibus properari cernitis orsis, Lt peragi viftute nova, line cardine certo Volvuntur; longe sed res exordia sumunt Principiumque trahunt, & præmonstrata geruntur: Os facrum quod in urbe coli gaudetis, & omnes Romulidæ ad cælum rapiunt, sensere priora Sæcula, & Uranie hæc præsagia cæca sorores Edocuit socias simul, & decus omne retexit; Proderat hanc mundo tantam consurgere prolem. Sed neque constantes dubitem subtexere caussas Istud cur sit, quam verum, quam credere dignum: Namque hæ si species operum, speculariaque ipsa, Atque hujus cunctæ molis mirabile textum Cælestum nobis sunt exemplaria ferum; Cur non & dabimus quamplurima corpora summum Artificem fecisse, quibus subluceat omne, Quod demum stato noscendum tempore secum Censeat, atque idem sapiens es mystica solvat?

Quin natura boni, cum se mortalibus usus In varios dedat, non est cur illa bonorum Auctorem celet tantorum: diditur omnes In partes, atque hac alta ratione videri Vult, qui cuncta regat manuum miranda suarum.

Quantis ante monet signis Pater optimus imbrem, Quam cælo effundat per nubila feta sereno? Quæ tempestates ortæ, quas erebra natantum

Ali-

Heroic. Carm. Lis. I.

Alituumque suo non nos animalia motu
Prædoceant! At quæ dona, at quæ commoda toto
Sunt orbi, nusquam penitus ventura monebit?

Immo hæc quæ regnis dona est majora daturus Rex pater omnipotens, signis majoribus illa Insinuat, rebusque ipsis, & nomine monstrat. Quid si ideo magno ostentu prætendere honorem Hunc voluit, Romæque ipsum post sæcula multa Pandere tum Delum, proprium tum nomine Cyn-

thum

Atque equidem, ni coepta prior me cura teneret, Et jam solvissem longinquo a litore puppim, Forsitan afferrem, que plurima sectere possent In partem hanc animos: verum hec memoranda relinguam,

Quippe also opportuna loco; mihi lintea venti Tendunt: Phœbus adest, Delique intendit amores.

Illa igitur vasto veluti primum obruta Nereo, Pondere nec stabili suitans, maria alta ruebat, Et tandem emergens, scopulisque immobilis hærens, Extulit ingentem Cynthum, medissque locavit Cycladibus: sic dum regnis excedit avitis, Sublimem mostrante viam virtute, propago Aldobrandinum, quot tempessatibus acta Obruituri verum non ullo exterrita casu, Tam duris invicta malis, quam extrema suorum Certa sequi, demum in se se collecta resedit; Servat ubi commune solum terra hospita, & ipsis Magna viris magnos largitur Roma penates; Sic Delos medio aspiciur; sic aquore Cynthus, Dam domus hæe ipsam, dum Cynthius accolit urbem.

Quem te compellem hic primum? que maxime

Assurgam cantul inque tuum nova carmina nomen Moliari haud facile est homini conscendere montema. Hunc, ubi multa negant nimio præ lumine nosci.

M. Pub. Fontane. At satis hoe istud tamen est rescisse, quod auras Hauserit in Delo vitales pulcher Apollo; Quodque illi nectar Themis alma ingesserit; unde Nil penitus mortale tenens, scitantibus ultro Ediderit semper dubiis oracula rebus Frondoso e luco, præclari e limine templi: Hæc etenim magnæ prænuntia cuncta fuere Virtutis, samæque tuz. Tu namque paternis Alter eras curis Phœbus, dum numina cælo Penderent, premerentque suam vaga sidera lucem. At simul ac Borez cecidit metus omnis, & Austri Ora, Eurique domus posuit, flatusque remisit: Orbis in immensi campos nitidissima fundis Lumina; suspicitur virtus, quæ clarior ipso Sole sibi radiis nitet, immortalibus. Ergo Dum tibi tanta sedet meritæ reverentia samæ Gens studiis addicta virûm, officiisque juventus Confluit ad sacros, ceu consultura, recessus Aulai, sedisque tux. Nunc regia late. Stat tua supplicibusque patens, potioraque Delphis Profert consilia. Hinc populi responsa capessunt; Hinc & inops lætis opibus, mæstusque levatur Prædulci alloquio. Nullus non æqua reportat Accessu auxilia. At quos non solertia juris Litibus implicitos tollit tua? justus amaris, Atque bonus, dum ter præfectus legibus urbis, Justitizque, Patrum assensus, & consona signas Vota libens. O prisca fides, totque obsita sæclis Aetas, signa tenens, venturi at nescia veri. Nec signata sciens tantz przeludia sortis, Promissam aut sobolem, sperataque gaudia mundo, Quem Cynthum, aerias superantem vertice nubes, Umbram mirata es longe protendere, & ipsum Lustrari toties cœtuque, chorisque Dianz; Maximus & Latio, & terris hic Cynthius ille est, Cynthius, unde ctiam dictus de nomine Cynthi, Mu

HEROIC. CARM. LIB. I. Murice qui facro rutilum caput intulit aftris, Dum Vaticanum culmen, foliumque teneret Clemens, tot titulis testatus in orbe nepotem. Ille est extenta qui urbem nune protegit umbra, Unde puellares cunei, quibus optimus ordo ma Dat thalamos, tedasque jubet sperare jugales, Accipiunt, castum ut valeant servare cubile. At quo claustra fremunt plaufu, votisque precantum, His dum largiris non expectantibus ultro Munificus? jam nunc aurum, jamque æra columnis Effigiem suspensa tuam pro numine servant. Hanc Reges, Italique Duces mirantur, Iberi, Atque acres ora ipsa colunt placidissima Galli. Ite Deæ Aoniæ, viridi præcingite fronde Cyrrhæas rupes, immittite fontibus undam: Largius optati redeunt virtutibus anni, Ingeniis munitur iter felicibus, ipfa Nunc etiam fama Italicas centena per urbes Ora movet, referens Tyrrheno sanguine Regum Progeniem venisse iterum, que in mollibus hortis Ingenuas artes foveat, quæ dulcia præsens Romæ iterum statuat storentibus otia Musis. Quas jam donati mensis communibus horas

Quas jam donati mensis communibus horas
Privato sermone trahunt? certatur amice,
Fit via qua verum propriis lucescere caussis
Cernitur: hinc morum quis sit, quis limes honesti
Virtutem claudat; supero quo lumine mentes
Luce beet Rex ille hominum, Rex ille Deorum;
Ut nos ille sue radiantis imagine forme
Fecerit assimiles, donis celestibus ornet,
Urbe, domo societ, patrioque asciscat amore,
Monstratur, gliscunt animi, mentesque resecte.
Quis non tum medium videat discedere celum,
Talia dum memorant congress! Academia prorsus,
Qualem Cecropide nunquam videre priores,
Aula est: hinc omnes generosa palatia dicunt

M. Pub. FONTANE.

Infigues nunc illar vocant Helicona Poetæ.

En jam quale tibi templum prope litora ponat. Felsina, ubi Rhenus slava proludit arena. In medio, ipsum que teneat, tras sulget imago, Divinum referens speciment, sed talia quanto Jure tibi Vates decernunt optime Cynthi? Rectius at certe quam Phoebo ignara vetustas. A Egregius siquidem ille animi Torquatys ab alto Despiciens grato Romanas lumine sedes, Testatur, dum testa videt, quibus ipse recoptum Rebus sovisti, as merito es complexus honore and

Felix o nimium, tanto cui nomine Vatemio A Excepisse datum: Vatem qui clara prorum Per juga Parnassi sequavit vestigis; Vatem, Qui te ante alios evexit ad athera; selix o O ter, atque iterum, cui cum mortale soluto; na Candidiora sui terris vestigia siquity. Contigit hunc ipsum donis decorare supremissi successivamente supremissi successivamente quanta etenim, & que justa parasi quo supremissi pompam

Tum procerum, tum patrumaminis morrentibus exples?

Nec tamen hunc uno fatis est decorasse septiares.

Quin luctum Vati instauras, & Manibus iplis and

Majores ducis pompas, & funera mittis.

Hic te, hos per Manes, per tanti nominis una bram.

Per te, quem talem ter summus Rector Olympir Addixit terris, ne ultra jam denique condas Septenas mundi luces, opera illa dietum, Palladia que mente tulit Torquatus, iniquo Sunt nimium perpessa Chao: tu luce corusca Tanto operi jam redde diem; nam lucis amore Cuncti per Latium sines super usque supremos Invigilant; languentque animis, ceu noctis opaca.

HEROIC. CARM. LIB. I. 83 Pertæsæ volucres cunctantia lumina frustra

Solis avent, lucem incufant, tenebrasque morantes. Redde diem, stant mille tua in præconia voces Carminibus digesta suis. Quid tanta retractas Gaudia? Sic eris assimilis Pater alme Tonanti, Tot qui pulchra operum diffusa luce retexit. Sic eris inde diem referens, novus alter Apollo, Atque alter Cynthus nobis, atque altera Delos.

At vos Ausonios qui sparsa per oppida mentes, Quique Palatinum, & Capitolia celsa tenetis. Accipite, o, dictisque animos adhibete volentes, Quæ super his Phæbus vobis nunc ore profatur. Hactenus orsa suum sunt nacta hæc omnia finem. Haud minus & Divi, quæ tum majora supersunt, Perficient æquo successu: ut scilicet alto Cycladibusque sedet mediis circumdata Delos. Stipatusque jugis Cynthus; sic Cynthius alma Stemmate tergimino redimitus in urbe sedebit.



the court that would come among making

l'rifica suclette montres l'angue Alpha toma-Obligation to place to standing modified equoti-Adriacura horrior i clements ium aribre cometes a-Et peditum patilm, statif equitum complexicat & see Vesility agirante North Leo lewit in fells - 19

Quor

Arque humeris, capitique adduct chronis decorem Ours to magnatures contrain teaming Early and Senting and the discinstration of their substantial lovedat band ceneratuda terticitat tenore, ....

t and and enoting the property and are matter and

# IN FRANCISCUM JOYEUSAM

## CARDINALEM

# Ob fedatos Italiz tumultus

ELOGIUM

In gratiam

## NICOLAI PIZZAMANI

#### BERGOMI PRÆTORIS.

PRogenies antiqua Ducum, cui maxima regna
Trans gelidas Alpes ingentia lilia quaffant,
Atque humeris, capitique addunt obtenta decorem;
Quis te magnanimos cognato fanguine Reges
Sanctius aut tangit, patriisve incessibus æquat
Joyeusa: haud certe frustra te Gallia semper,
Te qualem Maja genitum, cuncta ardua regni
Munera tractantem, dixi: Mavortia talem
Europa, Italia gravibus tremesacta periclis
Agnovit; dum te recti, pacisque potentem
Auctorem solum accepit, slatusque remissit.

Hem, quantis animis hinc, atque hinc bella ciebant

Tristia turbatæ mentes! Jamque Alpibus arma Obstrepere, & piceis se attollere molibus æquor Adriacum horribili fremitu: jam milite campi Et peditum passim, atque equitum complentur; & alte Vexillis, agitante Noto, Leo sævit in ipsis. Quot miseræ manibus planxerunt pectora matres? HEROIC. CARM. LIB. I.

85 Quot populi, tantis perculfi motibus, iras Devovere? ipse armatos dum plurimus hostes Distinct Eridanus, violento expalluit amni.

Interea, hæc seu te cura, aut hæc tanta maneret Gloria, procurrens Alpina per alta viarum Jam pariter Venetoque solo, campisque Latinis Expectatus ades, labefactam ut restituas rem. Tum vero alloquiis, & motos ore tumultus Sedas: hinc pacem moliris; fersque refersque, Et Venetum Patrum placita, & pia dicta supremi Præsulis: in te uno tandem jus omne resedit: Sic caput objectas nullis non fluctibus audax; Infractosque humeros lapsuro subjicis orbi. O nimium tales nobis servate sub annos, Tot quibus infensa insidiæ tacita arma parabant! Nunc, bene defensa Hesperia, pia sama vagatur, Quod Deus elusit fraudem; disjecerit artes Æquus in infontes. Quam fallit amabilis acrem Simplicitas mentem : sed enim hæc super ardua

quæque de la companya Tubican to Transilit, æratos rumpit Dea candida postes. Ipsa fidem gremio fovet, ore silentia presso Cultodit, tegit arcanum, famamque tuetur; Inde nesas Themis infandum stricto ense coercet. At nunc invictos animos, & pectora dextra Aspera permulsit, mansuraque scedera pacis Attentata diu, disjectaque plurima rerum Composuit, strinxitque sacro pacta omnia nodo.

Vos, quibus & nitidam galeam gestare sudemque Est odium, & duros per terram carpere somnos, Solvite vota Deum templis; incendite odores; Scintillent flammis turres; per rura coloni, Et stringant ulmos, & adulta vite maritent: Quippe solo patrio firmis radicibus hæsit Alma quies; longis quæsita laboribus, ultro Libertas hilares oculos circum omnia ducit.

Nunc

6 M. Pub. Fontana.

Nunc quibus, o studiis, quibus, o, celebrabere donis

Joyeusa? & quonam merito excipieris honored Scilicet Adriaco ponent in litore templum, Augustum templum operosa mole Quirites; Ante aras statuent excelso vertice signum, Spiranti referent veros de marmore vultus; Itala quod pubes, Venetum quod læta juventus Flore novo semper, vel Phæbi munere donet. Aspectu in medio, summaque e murice fronte Præsulgebit apex: tum dictum, insigne superbum Templi, Francisco foribus Joyeusæ in altis AUCTORI PACIS grandi spectabitur auro. Ipse Pater crines soliis velatus olivæ Stabit pacatis allambens Adria tonsis.

At quia nulla satis terrarum gloria digna est, Quætot pulchra operum, Latiisque accommoda regnis Equet; nec longa annorum sint tempora samæ: Aurea se medio demittant sidera cælo,

Divinumque caput pariter complexa coronent.

Secundi Libri Finis.

M. PU-



## M. PUBLII FONTANÆ

#### HEROICORUM CARMINUM

LIBER SECUNDUS.

CENO

## RELIGIO,

Sive

Ob Sedem Brixiz vacantem

C O M M I S E R A T I O.

Ceano in magno linquens extrema diei
Sol caput obducto trissi ferugine vulta
Abdiderat; noxque atra polum complexa tenebat;
Cum sacris grandæva comas, & tempora vittis
Relligio præcincta, manumque onerata cupressu,
Et pallæ collecta sinus post terga sluentes,
Despiciens arcem, ac turres e colle propinquo
Brixiacas, stantemque suis in sedibus urbem,
Substitit, ac tandem sublustri noctis in umbra
Præcipui tectis templi pia lumina sixit.

F 4 Tum

Tum sic gramineum serali kipite pulsans

Terque, quaterque solum, dedit has e pectore voces. O sedem antiquam Divûm, que munere nostro Et veri, vitæque bonis cælestibus aucta es, Quanta tui me cura premit, quantumque tuarum Pœnarum sortes animo miserata revolvo! Dum tu ignara modo, cæca in saligine rerum Securum degens, pateris torpere veterno Corda gravi, & studio mentes se addicere iniquis. Aspice, convexum liquido qui lumine cælum Percurrit, terræque solum, & maria omnia lustat Largifluus Titan, folus fons lucis, & auctor; Si quando ingrato radiis languentibus ortu Deficiens titubat, tum cum jam lumine Phoebe Esseta ante ipsum cæco se se objicit orbe, Omnia tunc pariter dubiis damnata tenebris Squalescunt; vario caligant omnia vultu. Atque adeo ut toto infusus se lumine miscet Terrarum immensæ moli, vastoque profundo Cuncta agitans, viresque affert, vitæque vigorem; Omnia sic pariter sublato sole laborant, Atque hominum, pecudumque genus, genus omne ferarum.

Quin etiam sunt venturi præmuntia luctus
Deliquii damna hæc tanti: nam sæpe videmus
Letiseris cælo crudescere slatibus austros;
Unde venit miseranda lues, & corpora vulgo
Sternuntur; vitiumque ipsis desævit in herbis:
Tu gamen humanos casus, nuslumque suturi
Circumstare mali, nec quicquam tale tremiscis;
Dum tibi, dum sacris adytis templi occubuit sol.

En iterum vacuas, inselix cornere sedes Cogeris, atque ingens proprio sine nomine corpus. Jam facinus, vetitumque nesas, scelerumque cupido, Atque ira ultrices, & sava licentia recti Nescia, carceribus se se essudere; petuntque

Cri-

Criminibus fædare novis\*tua mænia: quando Et refugis, patriasque piget cognoscere curas. Quo mores prisci, & priscæ virtutis honores Cesserunt? legumque simul custodia sacra? Dum pudor ille urbem castus, pietasque tenebat. Scilicet illa diu, & multo spectata labore Quæ fuerant, nullos nunc admittentia cultus Degenerant, & jam retro sublapsa seruntur. Qualis cultus ager, durus quem sæpe colendo Versavit labor, & pingui dedit optima sulco Semina; dum grata fecundisque imbribus aura Cuncta fovens Genitor celo non deficit alto: Ingratus tamen ille operi, exhaustoque labore Et silicem invisam, & tristes sert graminis herbas, Unde rubi, & viles lappæ, tribulique rigentes Horreseunt, totoque simul dominantur in arvo: Haud secus ipsa refers. Hinc summi numinis iræ Non fuit indignum toties brevioribus annis, Cultoremque ipsum, coeptosque auferre labores: Quippe tibi nil triste magis, nec turbine tanto Vix gravius potuit quicquam esse; nec optimus ipse Advertens in te magni regnator Olympi Aut poterat majora dare, aut ostendere signa, Cur læsum numen, vel cur aversa sibi mens. Occidit ille magis diffuso flebilis orbi. . Te, Delphine Pater, magnæ spes altera Romæ, Expectate solo Ausonio, te litora longe Adriaci tractus, te flavæ Tibridis undæ Flevere, & toto ingemuit Germania cælo.

Dii Patrii, quorum magno est sub numine semper Brixia, si quondam obsessis a mœnibus hostem Dissinuit tum, eum amborum, mirabile dictu, Turrito e muro fraterna affulsit imago, Insandus terror, dederint quo terga phalanges: Respicite, o gemini Heroes, duo lumina cali, Respicite ex alto, & patriz miserescite sedis, Moe-

M. Pus. FONTANE,

Moeniaque hac servata temus, servate volentes.

Tartareze pestes scelerum dira omnia ab imo
Excivere lacu, & telis majoribus instant.

Eheu, quæ diræ facies, insmicaque circum
Apparent monstra: hinc cæcæ mala gaudia mentis,
Hinc sceleratus amor, laudumque insana cupido,
Et tristes curæ, & turpi mens invida vultu:
Has acies turbate, hisque urbem arcete periclis.

At vos, concilium augustum, venerandaque Patrum Pectora, sacrato capiti quorum infula luxit, Dum leges urbi huic posuistis, & inclyta jura, Afflastisque sacrum veri genitoris amorem Finitimis populis: vestris si advolvitur aris Ipse chorus, qui facra Deûm, qui mystica servat Supplicibus votis; si numinis instar adorant Virginei cœtus cineres, venerataque semper Ossa piis precibus; per vos placabilis ira Æterni Regis, celsa qui despicit arce Res hominum fessas, hæc impendentia tanta Arceat, & miseræ propius pacem annuat urbi. Per vos ille gregi erranti per devia Patrem Præficiat vigilem; Patrem, misererier ultro Qui seint, affuescatque manus adhibere medendo; Forma gregis factus velut ipse e millibus unus: Nec cum posse datum æterna ut per sæcula vivat, At saltem perquam longissima tempora duret. Audite o proceres, qui celsa sedilia exli, Lucis & immensæ felicia regna tenetis: Vos chorus æqualis Patrum, vos maximus ordo Ipsum adytum penetrale fovens, sedemque coronans Auxilio vocat; ac supplex lacrymisque prosusis Præsentes iterum, atque iterum obtestatur ad aras.

Tu vero, quem terræ omnes, quem Regia cæli Mirantur, baratroque tremunt fera monstra profundo Alme Pater, precibus tantis pro munere divûm Annue, statque tibi populos, pacemque tueri:

HEROIC. CARM. LIB. II. 91 Sic te biffenos vitam producere in annos Rex iterum velit Omnipotens, dura lætus ab imo Cardine sugentem videas splendescere mundum. Auguror, en, summa templi de parte serenum Ætherei fulsit miranda potentia signi, Explicuitque jubar longe, qualisque videri Et quanta aurea samma solet. Venerabile signum Egregium cæli donum, ac fidei monumentum; Cujus ob auspicium faustum, se Brixia tantis Emersisse malis patrio testatur honore, Æternum salve; exesam tutare malignis Criminibusque, odiisque urbem: da surgere mentes, Da meliora sequi, viresque, animosque ministra; Utque polum, partamque jubes sperare salutem. Tu pacem, finemque jube sperare malorum. Dixerat: & montes dudum, & nemus omne tenebat Horror ubique pius, per muta silentia noctis. Jamque licet primo sidus pallesceret ortu Ledzz sobolis; roseoque aurora cubili Progrediens dubio reseraret lumine cælum: Miratæ haud cecinistis aves: nec frondibus auræ Mobilibus de more leves lusistis: at uno Affensu, atque upo seterunt simul omnie nutu.



## SERPENS,

SIVE

### PATERNUM INSIGNE

BONGÆ FAMILIÆ

A D

## PETRUM BONGUM

PATRITIUM,

ET

# CANONICUM BERGOMATEM MATHEMATICUM PRÆSTANTISS.

Cum ejus de mystica numerorum significatione opus, iterum typis ederetur.

VIrgineo quisquis sublimi in casside vultu Stare vides Colubrum suspensum pectore toto, Egregiæ Gentis referentem insigne decorum, Inventum ne crede novum, nec vana moventem Artiscem sinxisse putes: nam conscia cæli Virtus, se magno terrarum corpore miscens Ipsa hac vitali voluit me vescier aura, Humanumque efferre caput, tum cetera campo Ser-

HEROIC. CARM. LIB. II.

Serpere, & innocuo sinuare volumina tractu.

Talis eram, cum me gelidi ripa aspera Rheni
Gramineo in campo bibula protrusit arena;
Et cum Belga serox, atque ipso hoc nomine tanto
Debacchata jugis, stupuit Germania monstrum.
Quid vero portendam homini, dum nescia turba
Scitatur, certumque soret me sata prosari,
Fatidicam dixere, & adhuc mihi sama superstes.

At nunc mira mei: galeæ quæ fulgit imago Desuper incumbens apici, cristique decoris, Emeritum programa, atque atavum testatur honorem; Atque ipsum-reprofert sublustri in luce videndum.

Ergo ubi jam lætoque solo, cæloque salubri
Consedere Duces, Germano e sanguine, Bongi,
Remque simul patriam, & fortunæ adversa prioris
Composuere loco sibi, qua Gens aspera bello
Finibus Italiæ extremis, molimine anulto
Imposuit claram summis in collibus urbem:
Urbem, quam dexter, montano vortice, Brembus
Personat, & lævo præcingit Serrius amae;
Explicor ante sores, clypeo sublata corúsco
Ædis constructæ, hinc seni discriminis ambo
Alterne esfulget, dissectus purpura, & auro.

Nec Deus huie signo, nec tantis desuit orsis Sedulitas, virtusque virum, quos ipsa sub auras Mascula progenies longo tulit ordine, ad astra Evexit fortes atavos, magnosque nepotes. Nam tum Marte gravi, tum docta Palladis arte, Et fructum ingenii pariter, pulchroque sabore Æternum peperere sibi, patriaque decorem.

Publica mansuris testantur nomina fastis;
Quos ignes Bongi, patriis quæ incendia muris.
Depulerint, toto sureret cum Insubria bello:
Quin, ubi jucundo sulsit pax aurea cælo,
Hæc opibus gens una suis ad mænia cives
Attollenda vocat: sulco tum protinus actori

M. Pub. Fontanæ.

Murorum erigitur moles; turritaque cingunt
Pergama, septenis eductam in collibus arcem.

Dicite præruptæ, veterum vestigia, turres,
Vos etiam stantesque minæ, & decorata vetustis
Saxa notis (modo si vobis Tritonia Pallas
Æqua est, nec jam sola sovens nova mænia eurat)
Dicite, nam quoties armato milite Bongi
Decurrere jugis primi, quotiesque subactis
Hostibus ad portas, parto rediere triumpho.

Ipsa situ longo suspensa insignia monstrant, Ut proceres inter primos, moderamine multo Prospicarent urbi, & certa ditione tenerent. Hæc non insidiis rerum sibi summa potestas, Per tot ducta viros, tantos servata per annos Advenit; sed sola animi virtute pararunt; Dum Ratriam curare manu, blandoque sovere Consilio certant; dum neo prudentia metas Ullo usu recipit, patrum dum sacta nepotes, Egregiosque actus generosis actibus implent.

Hzc nos, tum vultu virgo, tum cetera Serpens, Et clypei fulvis illucens purpura zonis

Innuimus, signo hæc eadem prætendimus uno. Felices Serri ripæ, collesque beati, Luce quibus tanta magnum spectasse Robertum Contigit, & caros tam sancti patris honores, Cum sacrum illius tegeret pura insula crinem, Quæ pietas? quæ tanta suit solertia menti, Sacrorum ut leges starent, ut debitus aris Cultus iret? cura ut nullus teneretur inani? Ille quidem summasque ædes, augustaque templa Erexit, cœtusque itidem, sacrosque ministros Addixit templis, & magnis censibus auxit.

Salvete Heroes, meritis ingentibus aucti, Vos non ulla Patrum summorum gloria slexit, Majestas non ulla potens, non ora Tyranni Terruit invictos animi, mandata serentes

Seu

HEROIC. CARM. LIS. I. Seu pacis, bellive forent en munia; non te Antoni, pulchro non te Federice, volatu Fama unquam fileat, duo fortia pectora: longo Lactanti vox clara fanaty, qui fulmina belliqui b Qui Venetum tormenta unus terraque manque

Et premere, & tonstru poterat displosa ciere, Te vero decus \* Italidum, que leva pudicam Evicit pietas? ut sanchi jura pudoris Serves, immeritum violassi, vulnere pectus. Ouse tibi nis animi ? tantum ne ante ora Tyganni, Adia inclus wirgo ? sollaplant, iple horruit holis and Ablimuitate manu, & greffi lulpenlus inhalit Sed nearth chostill mucrone of Antonia dextra Induis: ast species manibus le se altior ipsis Numinis infinuens vierdorque arrectus honefti. Dedecorifque timor i pudibundo in corde volutus

Hausit, virgineum crudeli functe corpus.

Vos quibus integri mores, & candida mens esta Dum simul in melius referent ea facta, nepotes. Et bustum palma, & multa decorate cupretlu; Liliaque, violasque date. Ecquæ nam immemor ætas Famæ istius erit? Siquidem pro nomine tanto, Et sobolis casta, atque ipso virtutis amore Stat pietatis opus, mediæque attollitur urbi. Namque hujus, si qua est generis, quæ sædera lecti Virgo ineat dulces, adytis seu destinet annos Intemerata colens Divos, hanc optima Petrus Et meritis ingens, & veri sanguinis heres Munera justit habere, argenti pondus & auri: Hoc tabulæ, hoc memori testantur stemmata saxo; Sed Jovis imperiis, quæ jam mihi reddita vox est, Phœbigenæ studio, atque ipsius nomine Phæbi Sub-

Antonia Bonga eximize pulchritudinis virgo, qua in suburbano Redona Oppido, ubi delitescebat, Federici Primi Imperatoris libidinem aversata, voluntariam fibr Mortem conscivit.

M. Pub. FORTANE. Subtrahltur sensim: mittam, quæ plurima fando Enumeranda forent. Tu, cui mens conscia rerum, Divitiisque animosa suis, opera omnia lustrat. Et datur immensum cælum affectare potestas Illa feras, Petre, attexens & facta parentis Magna tui: ut penitus terris Orator ad Arcton Diffita regna, adiit Romant justa facessens Imperii; utque acies campo direxit aperto Dux belli toties; utque ilse uno ore sonaret Tot voces hominum, tot mores mente teneret: Quin etiam prudens, jam tot per tempora clauses Thesauros reline, ut, que animo se condidit uno Nobilitas, virtusque tuerum, & gloria patrum Fortius eniteant: velut inter nubila cæli Erumpunt radii, lætusque aperitur Apollo. Sic quæ Panthoides, Samiæ telluris alumnus, Arcana involvit numeris, docuitque tacendo, Conticeant secum popriis dammata tenebris, Teque unum noscant, teque unum secula discant.

## PIETAS,

SIVE

## CHARITES,

HOC EST

#### MARGHARITÆ MARTINENGÆ

A Zelotypo conjuge per summam injuriam intersect.

FUNUS

AD

## MARCUM ANTONIUM MARTINENGUM

VILLE CLARE COMITEM

PARENT. MŒSTISS.

TIngite mi lacrymis tristes, pia lumina, Muse, Et caput incomtum, moesta damnate cupressu, Dum solus nigris super impendentibus umbris Inserias recolo miseras; procul ite cruenti, Atque immane hominum genus omne, & pectora dirar Ipsa hæc sola pios, hæc mites talia poscunt. Pergite & hoc mecum memorare Heliconis alumnæ Inselix sunus, & lamentabile carmen; Cum Pietas cæco veniens, Dea candida, nimbo, De-

M. Pub. Fontanz.
Deflevit, Charitenque alto miserata dolore est.

At crudele nefas, ausis immanibus actum, Inque fidem sociam, castique in sædera lecti. Polluerat sacros crudeli cæde penates. Ipía folo exanimis, duro jam frigida leto Infelix Charite, pectus confossa pudicum, Et sparsas laniata comas, miseranda jacebat: Quale decus pratis, rapido dum carpitur æstu, Expirat, sectoque cadunt languentia thyrso Lilia, sive rosæ slabris moriuntur iniquis; Cum terris Pietas jamdudum aversa malignis Lumina dejecit, qua cæli in parte sedebat. Hoc subito visu, tantoque exterrita monstro Distiluit trepidans, volucrique simillima vento. Brixiacis nulli visam se mœnibus infert; Horror quaque pius subito mœrentia lapsu Pectora contundens turbatæ obtenditur urbi.

Ut vero accessit devota ad limina testi, Divinumque caput propius (miserabile visu) Demissum leto, & pulchrum fine lumine corpus, Conspexit, gelidus coit in præcordia sanguis, Et cor maternæ strinxit pietatis imago: Dat gemitus, & longa trahens suspiria, nunc os, Nunc duplices palmas pressans, ad sidera tollit, Sanctaque sidereo manavit lacryma vultu. Heu quid agat? leges obstant, & jura Deorum, Numina ne qua iterum revocent ad munera vitæ Mortalem quemquam, & repetunt pro crimine peenas. Interea subvecta rotis non humida lucem Expulerat, tenebrisque polum densarat opacis; Illa, ubi defletum fævo imposuere feretro Cenomanæ matres corpus, pompamque pararunt, Ingratæ ne, inquit. Charite mandabere terræ? Ah nunquam tam dira tibi dabit ora sepulcrum.

Sic dicens, niveosque artus, & frigida membra Subduxit stratis, & pondera vana relanquens Illius

HEROIC. CARM. LIB. II. 99 Illius faciem, pallentiaque ora fefellit. Ergo illam gremio acceptam, dum tollit in arces. Romanas arces, Tiberini ad litoris oram, Sacra ubi jam multos, patrum pietate, per annos Servarat longinqua ævi sua fana vetustas Diruta nunc, olim candentibus edita faxis. Hic, inter lauros, & conyferas cyparissos Compositam tumulo, sacrata sede locavit. Quæ juga, vel qui vos saltus habuere profundi Ausonides Nymphæ, Chariti dum ferret honorem Supremum Pietas? non vos Aniena fluenta, Sed neque molle Tybur, non roscida rura, neque ipse Vos potuit tenuisse cavis Tiberinus in antris; Hic illam nigræ violæ, tristesque hyacinthi, Canaque demisso lugebante lilia collo; Hinc etiam volitans for the bilis aura movebat Iliceas inter frondes, gemitumque ciebant Marmora strata solo, antiqui molimina templi. At dolor, & lacrymæ, & misto suspiria luctu, Rectus amor, simplexque sides, & juncta pudori Gratia, circum omnes servata ad busta sedebant. Tum Pietas lacrymans divino hac pectore fudit.

Te ne igitur Charite infelix tam dira manebant Fata? hi te nuptus, expectatique hymenzi? Connubii fœdus miseri, lectique jugalis Sæva ministeria, & sinem sortita juventa Infaustum thalami; tuque o bene conscia Juno, Intactique thori testis, custosque pudoris, Aspice, quos nexus dederis, quo incenderis igne Prætensas tedas? non hoc mens nescia culpæ, Non hoc nobilitas deducta propagine Regum, Et mores nitidi, atque animi cassissimus ardor, Fatalem quo pura virum complexa sovebat. Promeruit. Quæ vis decori, quæve impia sormæ Invidit sortuna tuæ? At Dis æmula quamvis Ipsa sores superis, caderentque loquentis ab ore

M. Pub. Fontane.

Ambrossæ Charites, pudibunda modestia numquam Intumuit, tenor idem animum, pectusque tenebat.

Te tamen atra dies, letique licentia præceps Abstulit insontem, & violento turbine mersit. Heu dirum facinus! crudeli vulmere virtus Corruit, Italizque decus, cum perditus ille Sæviit, ah, nimium stimulis sorialibus actus. At tu, dum moriens cælestia lumina claudis, Qualia se hesperio vix orta sub æquore condunt. Quas oras cæli, quantis nox illa tenebris Involvit, pepulitque metu indignantia corda! Nam neque Cenomanum magnis cum mœnibus urbes. Qua se montanis devolvit Serrius undis, Et qua Mella secat sinuoso slumine campos, Corripuit tantum; sed qua se valle Metaurus Proripit, haud longe commovit regia tecta. Quin sensere suo spoliari lumine colles Romulei colles, turbataque tecta Quiritum. Scilicet his Patribus soboles natalia sumens Ipsos te neptem dederat magnam superesse. Nunc tellus eadem, & patria cunabula prima Te, Pario meritam decorent cui funera saxo, Accipiunt, placidoque sinu sua pignora servant. Vos, violas, floremque croci, & bene olentia serta. Purpureasque rosas date, purpureosque amaranthos. Et mecum tumulo inferias, & flebile carmen Addite, si casus tanti pia numina tangunt. Heu casti cineres! in vos dum conjugis ignis Ardet inexpletum, facibus furialibus arsit. Hæc ubi supremum deflevit, murmure mæsto Tarpejæ de summo ulularunt culmine sedes, Et circum affusis gemuit Pater Albula lymphis.

Talia dum mecum concussa mestre revolvo, Meque simul stupidum naturæ detinet ordo Spectantem, certa quam temperet omnia lege, Tu casus, Marce Antoni, & contraria tanta

Vir-

Heroic. Carm. Lib. II.

101

Virtuti, generique tuo, titulisque tuorum
Fortunæ obluctans, animo circumspicis alto:
Quantus Athos, sibi cum cælum super intonat ingens,
Tollitar, & piceos deturbat vertice nimbos,
Quin etiam, Veneti Imperii munimina curans
Fundamenta locas urbi, jamque aggere ducto,
Molirisque arces, & propugnacula jungis,
Murorumque minas; jam lato limine templa
Describis, statuisque fores, seriesque viarum,
Unde novam, Palmatæ inter magalia, Palmam,
Inventique tui surgentia mænia cernes.



DE

DE

## MUSA PEDESTRI

#### CARMEN

A D

#### CÆSAREM RODULPHUM

#### PATRICIUM VERONENSEM.

CIs licet is, Casar, merito cui carmina sacri D Excudant Vates, & tanto nomine signent Splendida perpetuis mansura poemata sæclis: Ipse tamen, cum nec moliri talia possim, Alterius nec tu decorari versibus optes, Conveniam liber, lauru, nec veste decora Spectandus; tecumque mihi sermone pedestri Res erit: his etenim gaudes, ac talia laudas Qualia dictavit Vates Venusinus, eburno Ut demulsisset plectro, fidibusque Latinis Romuleas, Latiasque oras, cum ruris amore Captus in umbrosis silvis, quas molle Tarentum, Aut gelidum Tybur nutrit, salvere juberet Urbis amatores; mordensque licenter acuto Corruptes passim rideret carmine mores: Quæ ru cuncta memor fecundo pectore promis. Dum libet, & veros denudas cortice sensus.

Sunt quibus illa minus videantur carmina Flacci Digna legi; ut stabili non incedentia passu, Viribus effeta: unde notam illi, & nomen inurunt Desidis, aut nimium tuti, nimiumve remissi Ingenii; tanquam cui in venis sanguis heberet, QuemHEROIC. CARM. Lis. II. 103 Quemque anni segnem sacerent tardante senecta.

Fers ne? etenim quis te uno rectius audit utrumque Scribendi genus arbiter? aut hoc cui mage constat? Dic sodes; totis si jam tibi paruit undis Benaci conjux Garde, Neptunia proles; Si tandem emersus civili e turbine rerum Otia das Musis, privati in litore portus. Non tu grandiloquum semper, vel magna sonantem Extollis Vatem, qui miro compita lusu Præstigiisve forum oblectat, dum extrudere pellax Vult mercem, clamans verboso pectore rumpit Quæ miranda sonant, vulgi inspectante corona; Dum vacuas mentes vanis ambagibus unus Detinet. Atqui res, non sesquipedalia tantum Verba notant; cernunt dicenda, tacenda locutum; Sæpius & cæcis tutum insiliisse tenebris: Grandia decipiunt sensum, nugæque canoræ,

Luxurians olim gramen carpebat afellus, Cum late, gemina patefacta fauce, supinos Insano circum montes clamore replevit: At leo, cui suerat vox nunquam audita rudentis, Obstupuit tanto quenquam se attollere hiatu. Vimque, animumque parem præstanti in corpore

credens,

Quippe sono ingenti similem, convenit amice Sat dubius, quantum generoso corde volutet Auritus quadrupes, ast ille horrescere visu, Et quassare caput, trepido per gramina passir Succussans: patuit stolidi præstantia aselli; Contemsitque leo, ridens insueta rudentem. Non punctum omne tulit, resonat eum grandia

Actio sed primum simplex, inventaque rerum Fabula, personæ mores cujusque notandi, Conveniatne imo medium, coeantque vicissim Singula, quæ tumido clauduntur carmine; possibres G A M. Pub. fontanæ.

Tollimus in cælum, manifesta voce, canentem. Spectatum admissi tabulam pictoris obimus Non primum varios oculis, aut mente colores: Sed bruti, aut hominis speciem: si cuncta videntur Naturæ effecta ad sensum, verumque referre, Si capiti collum, si ventri conveniat crus. Hinc habitum, & que sunt liquido variata colore, Artificemque, manumque simul miramur; & uno Defixi aspectu non ultro avellimur inde. Turpia sint, suerint pariter distortaque membra, Purpura multa licet niteat, vel squaleat aurum; Illo opere in vario risu cohibebimus ora? Non secus his, versu quæ confinxere poetæ. Ille tamen nasum, contracta fronte, severus Corrugare, si vel male comtum, vel rude carmen Forte legit: stulti versus dulcedine blanda Decipimur: nec nos cautus deterret Ulysse, Palladis inventa cam Syren arte fefellit. Gratia certa subest etiam his, suaque ipsa venustas; Nec proprio splendore carent, quæ Musa pedestris Arte tamen, quamvis nudo pede, lusit oberrans. Gaudebat quondam Polygnotus pingere forma Egregios, Pauson turpes, Dionysius autem Arte sequebatur quales natura tulisset. Quid tum? nempe hunc, nec longæva abolere vetustas Evaluit, manet æternum, æternumque manebit Pausonis nomen, Dionysi & sæcula morem Noscent. In re deformi tantum enitet ipsa Ars, quantum in pulchra elucet: quin præmia fæpe Prima tulit, cui deterior stetit in tabula res. Quippe etiam in tenui re non est pauca laboris Impensi laus: namque hujus stat gloria vindex, Atque ipsam clavo suspendit sama trabali.

Adde quod illustri quamplurima carmine nolunt Tractari; numerum sed avent, propriumque tenorem. Non res carminibus, sed semper carmina rebus

Sunt

HEROÏC. CARM. LIB. II. 105 Sunt aptanda: velut concordes pectine nervos Qui tangit, chorda non semper oberrat eadem; Nec mentem modulo afficit uno, aut pectora versat: Namque animos graviore sono demulcet, acuto

Namque animos graviore sono demulcet, acuto Excitat, & facili sic temperat omnia plectro. Ac neque, cum scriptis dulces affamur amicos,

Ut Deus intersit, faveatque vocatus Apollo Versibus eximiis, plenoque cadentibus ore, Orandum, insistendumve est versu ambitioso: Ast opus est puro sermone, & sæpe jocoso. Vatibus hæc venia, & datur, & conceditur: illa Consulto extenuant, que miscent seria ludo. Si quem sermone aggredimur privatim & amice, Num sic incipimus, finemque imponimus, ac si Suggestu accincti declamaremus ab alto? Verborum cultu orandum, ut tibi rauca reclamet Curia, & unde animi formident verba tonantis. Nec minus extrudunt, si quando tædia ab urbe, Nosque tenet desiderium ridentis agelli; Incessum, vultumque gravem, cultumque forensem Mutamus sine culpa; ipsaque remittimus urbis Nobilitate animum læti, ut nunquam tamen absit Civilis splendor, ruris præsentia agresti. Libertate joci ingenua, aspersa sale grato, Vel quandoque frui, non dii, non jura negarunt.

Ast ille hæc mandans tamquam vitiata papyro,
Non pretium nanciscetur, nomenque poetæ.

Quid si forte illo versu per humum repente
Personam vitium carpentem, & sana docentem
Induat, & risum dum vult, extorqueat? esto,
Non Vatem esse damus. Versus quid factitet ergo
Delirus? Patrium sermonem ut quique sequuntur,
Assyrius, Lybicus, Romæ nutritus, & Argis;
Sic diversa regit scriptorem norma loquendi.
Oui res prosequitur calamo, ceu sors tulit; ut cum
Ordine gesta notat bello regumque, ducumque;

Vul-

M. Pub. Fontane. Vulgata semper voce, eloquioque soluto Cuncta refert: campum hunc illi concessit apertum Dicendi natura potens, rerumque magistra. At vates; quoniam narrandi regula differt, Ordinis & virtus; non qualia gesta suere, Qualia sed potius, verique simillima possunt Esse canit: neve illa inculto censuit ore Pertractanda, rudis ceu verba volantia vulgi: Quin rerum prudens solerti mente revolvit Naturæ leges; & convenientia cuique Observans fingit, quæ veris proxima possint Et concire fidem, & populum oblectare morando. Quoque magis valeat se se instillare voluptas, Contulit arte sonum, numerorum lege reperta. Nec sermonis honos defit, nec gratia vivax, Dum spatium repetit dimensum: hinc carminis usus Est vati, propriumque adeo sibi vendicat, ut non Sit sibi forma alia, sive ordine, jure loquendum; Sive casas lustret, seu Regum in limina migret. Carminis at tantum ratio, fandique facultas Est dispar : tenuat, quod jam pro tempore tollit.

Ergo velut solers vultu natura benigno
Cuncta per ora virûm vulgavit libera verba,
Quæ lex nulla premat numerorum, aut terminus ullus.
Sic quos cura prior vates suscepit alumnos
Aonidum, horum nutrices ante omnia Musæ
Hac aste expoliere animos, vocemque dedere;
Ut certa ratione cadant, quæcumque canoro
Ore sluunt; teneantque modum, serventque tenorem
Verba, Deæ solis quem concessere Poetis.
Sed plerique tamen temere hanc partem sibi sumunt,
Exceptum ut vix aure velint reprendere carmen,
Ceu male tornatum; aut potius quod non pede pusset
Optatumve sonum reddat, cui mentis acumen
Vesanæ assument. Vos, o seri studiorum,
Anticyra, elleborumque vocant: sin temnitis, aures

HEROIC. CARM. LIB. II.

Diducet vellens, Tmolo ut sub judice quondam,
Instabilesque dabit Phœbus. si carmina tantum
Experiare sono; veluti, cui terque quaterque
Prosilit in disco nummus, male cognitor æris;
Multa aurem effugient, quæ tum admissse pudebit.

Fortesono nimium sidens, dum personat alto Fornice crustati thalami, citharcedus aperto Credebat se se committere posse theatro. Accessit juvenum plausu stipatus utrinque, Et jam stridentes indocto pectine chordas Pulsabat, graviterque aures de more feribat; Cum rerum post terga quati se turbine sensit. Sibilus hinc, risusque simul, plangorque secutus. Hoc caput: omnia judicio perpendere verum est.

Quis tamen hanc legem scribendi carminis auctor Monstravit nobis, atque unde hæc fluxit origo, Expediam: nec curam hanc dedignatur Apollo.

Straverat infenso Cyclopas Delius arcu Consectum ob sulmen, saxis quo infixit Avernis Phæbigenam Pater omnipotens, iratus ad auras Hippolytum superas Stygiis revocasse tenebris: Cum Steropen, Sicula consossum Mulciber Ætna, Singultantem animam revomentem sanguine multo Vidit, & indoluit selle indignatus amaro. Atque os attollens, inquit, pro Jappiter, æquis Aspicis hæc oculis? istud patieris inultus? Fulmina quin alii informent, si tanta rependis.

Audiit inflato magnus Saturnius ore;
Hosrendumque tonans trifidum jam vindice dextra
Tractabat fulmen, turbate pectore versans,
Latonæ ut prolem triftes detrudat, ad umbras.
Et ni forte gravi, tantoque exterrita motu
Sentiat hæc mater properari nubibus atris,
Et lacrymis persusa genas, & pectora, supplex
Adveniens, precibus partes descendat in omnes;
Fecisset Pater. ast olli deserbuit ira,
Sub-

Subsolitque animus; placida tum mente Deorum Fata movens, ipsumque nesas crudele retractans, Latoum, patrio spoliatum numine vatem Mortali addicit cura, terrisque relegat.

Ergo ubi Thessalicas boreali vertice nubes
Dissidit, adversumque Othryn prospectat Olympus,
Cynthius arva petit, silvarum frigora captans.
Nunc juvat Osæm rupem, nunc Pelion altum,
Piniserique etiam superare cacumina Pindi;
Extrema qua parte sluens Peneus amœno
Fonte cadit; totumque cadens, quem silva coercet
Ilicibus nigris, campum, nemorasaque Tempe
Irrigat hic priscæ tunc illi incendia slammæ
Refricat excitus dolor; exacuuntque dolorem
Hæc loca, & hæ quæ se Peneo in litore circum
Attollunt, lauri, Daphnea fronde comantes.

Jamque loci impatiens Deus, abreptumque decorem Suspirans, campos media qui valle tenentur Emathiæ montes inter lucosque peragrat. Non secus ac cervus, cui jam mutabilis ætas Arboreum capiti immerito decussit honorem, Avia, tum saltus clausos horrentibus umbris Ingreditur; tacitusque amfractus inter amicos Mustiplici latitat slexu, erumpentia donec Pubenti sensit sacrescere cornua fronti.

Quid faciat? neque fata ulli rescindere fas est, Neve dolor, mistusque pudor jam dedecus ipsum Sustinet: in silvis interque armenta, gregesque Mancipio addictum cursu proscripta decenni Certum est malle pati, quam cingi mozaibus ullis.

Ah quoties notis se se tulit obvia silvis
Flens soror, & nitidos turbavit Cynthia crines!
Cum solum, errantem quarto jam mense videret
Frondenti innixum telo, exuviisque ferarum
Incinctum, superantem amnes, & saxa prementem.
Ille tamen, simul ae tacitam ad Boebeidis undam
Con-

HEROIC. CARM. LIB. II. Constitit, haud procul hinc, & pinguia culta Pheraruma Et niveas errare boves per pascua vulgo: Aspicit. hic primum trifti detergere vultu Mœrentem nubem, atque oculis afflare nitorem, Visus, uti puro dispellit nubila celo. Miratur, capiturque locis intensus Apollo: Omnia namque videt pleno vernantia cultu, Et colles, vallesque imas, nemorumque recessus, Prataque mobilibus nunquam sitientia rivis; Quos Pater Amphylus leni circum agmine labens-Educit, patriumque unus dat spargere rorem. Hæc late, ditesque Pheras, & Thessala regna Admetus, cui jam primævo corpore malas Vestibant validæ pubentia signa juventæ, Imperio facili tranquilla in pace regebat.

Quis vero aut referat, vel digna voce sequatur, Ut geminos tum junxit amor, cum sorte sedentem Vidisset docili, juvenis regalis, Ephebum Carmine mulcentem quercus? quis cetera novit, Ut caput ad vitrei sontis, gelidaque sub umbra Consessus se voce Deum, ut dein jussa Tonantis Aspera, tum caussas omnes ab origine prima Proderet, unde exul cælo? videre vicissim Hos Nymphæ in silvis, dum læto in margine rivi Duscibus alloquiis se oblectarentur amantes; Alter & alterno jam jam penderet ab ore; Et cum luce dies roseo se ferret ab ortu, Cumque simul nocti cedens ingratus abiret: Sed nobis nec cuncta licet, nec possumus omnes.

Certe ubi delectos Phryxei velleris ardor Hæmoniæ proceres pulchro inflammavit amore, Confluerentque ducum cœtus; non ultimus heros Confcendit classem Admetus; quem dulcia regna, Non populi tenuere preces, nec Apollinis ulla Consilia admonitusve; ipsum non dulce moratur Fædus amicitiæ: namque illi armenta ministro M. Pub. Fontane.

Destinat, inquesuper regni commendat habenas. Jamque atros fluctus Argoa puppe secabant Heroum ingentes anima, cum Phœbus acerbo Multa animo volvens, cantu deflebat agresti Hospitis ingratos abitus, sociumque laboris Exilio in duro prærepti juris Olympi. Nec minus interea candentes corpore tauros Saltibus in vacuis, & flumina plena secundum Pascebat; frondesque manu, victumque serebat. Sic ubi forte bovem carpentem fegnius herbam, Sæpius aut videat molli procumbere in umbra, Ipse inter primos, magalia rara colentes, Cum matutinus ros, & cum serus in herba est, Ibat, formosumque pecus formosus agebat: Et pharetram, insignemque humeris suspenderat arcum; Dum pastoralem silvestri cortice olivam Stringeret, insueta firmans vestigia dextra. At quantum ablimilis, juga cum frondentia Cynthi, Dilectamque satis Delon lustraret; & aræ Arderent, Dryopesque choros cantusque moverent Que vero vos antra dez, Jovis inclyta proles, Quæ silvæ, aut qui vos sontes habuere Camænæ, Cum vestri decus ipse chori crinitus Apollo Servitio incumbens humili armentarius esset? Nam neque vos Helicon, non vos Permessidos unda, Corycio neque Parnassus tenuere sub antro. Quin ubi, præcinctæ neglecta veste, sorores Vidistis Divæ secreta in valle jacentem. Calliope ante alias, jucundi o gloria cæli Inquit, & o magnum rudibus nunc addite silvis, Phæbe, decus, mæstis ecquidnam sata querelis Incusas? series num forte adamantina rerum, Perpetuusque ordo divino e pectore fluxit? Nam si tanta premunt animum; jam mente revolvas, Quod velut ardenti radiantis lumine currus Ingentes cælique sinus, & sidera pascis; Aeris

HEROIC. CARM. LIB. II. 111
Aeris & liquidi campum, terraque, marisque

Diversos, variosque situs ardore recludis; Unde novo setu revocant nova munera vitæ Omnia, quæ tellus, quæ vastum amplectitur æquor; Idem etiam ignaras mentes, mimosque colendo, Qui saltus, & rura colunt; rupesque repostas, Legibus institues primus, cultuque novabis; Unde tibi Nomius cedet per tempora nomen.

Per te pastores incomti carminis usum Incipient, metrique rudem prætendere formam. Hinc etiam sesso demum spectanda theatro Tibia compositi numerisprimordia sumet. Nos autem tibi lecta cohors, cantusque ministræ Pone sequemur; erunt ipsis accommoda silvis Nobis cuncta simul, postre mam mutice pallæ Pastorum de more, gradumque, habitumque feremus. Nec nos ilicea tecum requiescere in umbra, Aut vivos agere ad sontes armenta pigebit.

Atque adeo non sola poli alta volumina laudes Concelebrare tuss noscent, non aurea tantum Atria, non ipsæ te auctorem carminis urbes Attollent; verum ipla fuis to rura cicutis, Te simplex animi, fraudi non æmula pubes Discent; te colles etizm, atque arbusta sonabunt Tu modo non patiere libens disgendia tanto Fenore? neve animum poterunt hæc tanta movere, Quando aliter nec fata sinunt, nec justa Tonantis. Sic effata: simul contra sic orsus Apollo. Ut vos, Mnemosynæ o soboles, vos certa malorum Effugia, & miseræ jucunda oblivia vitæ Accipio lætus: poterat namque ulla Dearum, Quæ cælum, fluviosque tenent, lucosque sonantes, Advenisse mihi, pulchra quæ voce dolentem, Languentemque animum tristi mœrore levaret! Te sequar, o dulcis, blandoque simillima cygno Pieri; nec monitus tantos, sensumve morabor.

M. Pub. Fontane. Dixit; & e viridi consurgens protinus umbra Sicut erat, media roseo stetit ore corona. Ex illo, quia disparibus certare cicutis. Et calamos inflare leves, artemque canendi Agresti docuit deducens carmina filo; Nec tum Musa gravi suras induta cothurno Purpureum incedens peplum per celsa trahebat Pulpita; quippe magis facili per paseua gressu Ire pedes chorus ille omnis gestibat, & una Nunc salibus, cantu nunc liberiore fruentes Fallebant soles; tum primum Musa pedestris Enituit, nomenque ipsum eunabula sumsit. Hzc mecum Olliacas dictabam, Czefar, ad undas Tempore non alio præcincti mensibus anni, Quo Vates Calaber, semoto rupis in antro Lenzum patrem, Satyros, Nymphasque docentem, Ipsorumque aures Satyrorum vidit acutas: Dum tu, que Æolia testudine carmina lusit, Et que Lucili ad normam perscripsit abunde Observas prudens, in publica commoda amœnum Benacum propter: refluis ubi fluctibus ædes Munificis claram hospitiis pulsatur, & unde Prospectat late specula tibi pensilis alta Dimensus pariter spatiis aqualibus hortus; Effulzque volant pacata per zquora cymbz.





## M. PUBLII FONTANÆ

HEROICORUM CARMINUM
LIBER TERTIUS.

ويهن ويهي

IN

## TORQUATUM TASSUM

ELOGIUM

URBIS BERGOMI NOMINE.

Sebeti Nymphæ, & flavum quæ Tibridis amnem Incolitis, numeroque simul gaudetis Hetrusci, Dicite num tanto sorma hæc stans frontis honore Illius est species, cui dudum prima canenti Dona dedit ohorus Aonidum, cui magna sonanti Applausit sacer ipse Helicon, & Throcius Hæmus? Torquati ne inquam? en, ut adhuc, & numine quanto Inclyta Calliope generosa in fronte superbit. Qui radii ex oculis, & quæ spirantia Phæbum Ora micant, quantumque decus se a vertice sundit.

Verum, hæc si miris animata coloribus ipsi Naturæ, ipsi nee penitus cedentia vivo Illucent; ubinam multo quæ nessare secum Jam fruitur, validisque orbem circumsonat alis, Apparet sama, & Thuscæ sacundia linguæ? Quid moror? illius studiis ingentibus ardens Vivida vis antmi dissus ingentibus ardens Ut quæ non ullo, præclusa est limite; cuastis Haud sacile absolvi numeris, parvoque referii Evaluit spatio; hic ars, ingeniumque fatiscit.

At vice pro tanta nunc certe augustius illi.
Floret honos capiti, meritaque intenditur umbra.
Sic ubi pro foribus, medis vel constitut aris
Mortali vultu, radiis exutus Apollo,
Seu repetens Cyrrham, aut Cyathi juga fumma revisens,

Est signum lapide e Pario mirata vetustas.

Ergo, si vivos vultus, si perba vicissim, Verborumque sonos audire, haud æqua negarunt Fata mihi , hanc ipfam multa nunc arte nitentem Effigiem faltem afpiciam. Quis fedulus ultra Divinæ vel mentis opes, viresque requirat Ingenii, Torquate, tui, & non illa per amplum Miretur veluti campum, cum plurima libris Judicio librata gravi, fe impensius addens Evolvet? sed enim solito cum splendida nudas Verba sono, & stabili numerorum compede solvis Exercens fandi spatiosa per acquora cursum: Ipla tibi longo affistens Tritonia peplo ? Sternit iter, veteresque aperit, quos Grzeia felix Eloquii tenuit cultus, seu septa Lyezi Ingrederis lætus, seu Phoedri islectus amore Proptet aquam, te te platani componis in umbra. At si iterum faciles revocant ad pristina Muse Otia, & Idalio te fingis amore: teneri, Aligeri circum pueti, tibi caemina mille, Mille faces, & tela novant, tibi tempora myrto Im-

HEROIC. CARM. LIB. III. Impediunt, nandoque comam Venus alma remulcet. Tum pariter si rura petis, silvasque peragras, Et socci, crudusque tegit vestigia pero. Omnia amore tepent, rapit omnes una voluptas Pastores. Dryadasque; tibi novus ardet Amynthas. Dum lauros Penei revehis, dum Thessala Tempe, Mœnalioque cies grata oblectamina cantu. Quid cum purpureo succinctus crura cothurno Altius incedis non ipsis regibus impar? Quos populos, quæ regna quatis? quæ plena minarum Ora moves, cum victa gravi fera corda dolore Crudescunt, rigidumque acuunt in pectora ferrum? Hinclacrymæ, hinc gemitus: dextris fic tecta Tyrannûm Arctoo pulsata salo fordantur iniquis, Cognatique lares cognata; conde-tepescunt. O arces Solymæ, o altis deflenda ruinis Mœnia, & ipia eadem (eversæ cum mœnibus arces) Haud superis invisa, licet stet mente sub alta, Et scelus infandum, atque immania facta parentum, En iterum, qui tot Mavortia pectora quondam, Tot claros bello proceres pius ardor adegit Antiquamque urbem Solymam, sacrumque sepulchrum Hostili extorquere manu victricibus almis; Ille idem pietatis amor, verique, bonique Hunc, longe ante alios, Musis, & Apolline dignum Corripuit, multoque incendit numine vatem, Mezonio ut caneret sonitu, que sædera bello Jurati pepigere Duces; quo concitus æstu, and sach Europæ genus acre virûm, concurrerit orbis; 40/4 Quoque modo tibi colla jugo subtraxerit; utque F Obstitering validis toties conatibus olli, in page Et Lybia, atque Asia non aque marte phalanger. Carmine quo magno, atque hoc ipso nomine felix Nunc Euri tantum, interque Austri extolleris urbes, Quantum inter colles Lybanus, vel mole supina Ipla Syon propa inter propugnacula surgitation is


H 2

15 M. Pub. Fontane:

Oui cultus, Venerisque nitor, que gratia retum Ordine perpetuo, & proprio digesta decore Non lucent opere in tanto? miscentur in unum Ars', & virtus; atque adeo sapientia se se Induit in vultus varios, totque ora loquendo Assumit, variosque notat per dicta colores Dædala vis fandi, ut grato non purior amni Castalis unda fluat, sive altas illa feratur Per Superum, Regumque domos, seu prælia dicens Per cuneos, qua seva magis bacchatur Erynnis: Sive etiam obstantes victor per corporum acervos Incedat, semper sublimis pectore, & unus, Consimilisque sibi, suscepto in munere constat. Adriaco quicumque mari, quicumque sonanti Tyrrheno allueris, gelidas seu suspicis Alpes, Sive Athelim, Tiberimque bibis, Varumve, Padumve Auratæ Cytharæ præsumtos ponite cantus; Ponite, vel si quis juga Parnassi ardua supra Evectus, jam posse putat se carmine digno Laudibus, & meritis, Torquatum tollere; nam si Ad Minci ripas niveos canat inter olores, Aut ope Pindarica fretus, fidibusque canoris Decantet; nunquam ille satis, vel voce decenti Hunc valeat celebrare; tamen licet undique vobis Illustres animi, dulcis quos gloria tangit Pieridum, illius roseis decerpere chartis. Et Costum, & Panacem, qua se se flumen amænum Ore sacro fundens, perlabitur imbribus aureis; Non secus ac densæ, liquidum per inane volantes Vere novo pascuntur apes, & florea libant Prata, vel autumni mites sub solibus uvas. Tu vero laudam nostrarum haud indigus ultra, Quandoquidem certus teneas sacraria Divûm, Longavolque inter Vates, cottulque piorum Ostentes duplici radiantia tempora fronde; Si natale solum Gentis qua fluxit origo TafTasse, tuæ, & patribus sulsere exordia priscis,
Et claro primum micuerunt astra parenti,
Cernis adhuc, & mente soves; ne despice quantum
Inserias solvens patriæ virtutis alumno,
Virtutique tuæ largitur Bergomon alta,
Bergomon Hesperiss te propter maxima regnis.

Ipse Quirinali trabeatus murice, Vati
Cynthius ipse suo proprios decernit honores,
Instaurat Clemens geminara surera pompa,
Clemens, qui terras, qui concutit æthera nusu,
Dum Romæ ia gremio persuncta hac luminis aural
Augusto, Tasse, in Clivo tua membra reponit.
Non alia poteras occumbere dignius urbes.
Majorive manu ornari, condive sepulcro.

17. 乙炔 **经工**票。



3 Y.

## AD JOANNEM ANTONIUM

#### GUARNERIUM

### CANONICUM BERGOMATEN

IN EA, QUE DE

## PIO QUINTO PONT. MAX.

Ab ipfo præclare sunt scripta in sun de Bello Cyprio Historia

#### CARMEN.

PAntane, sancte Senex, effeto in corpore fulsit Vis animi? hæc species suit, hæc tibi mentis imago Quam miro decoris tanti percussus amore Afficior sensu, atque idem sub pectore glisco! Jam videor juga longa fequi, jamque ardua fumma Parnassi, magnoque choris jam numine sisti. Quamquam, o! fed liceat quibus hoc concessit Apollo. Me si prima tamen voluissent lustra juventæ Aonidum Latio sacros advertere fontes, Qua Vaticani non uno culmine vertex In superas auras celsis se mollibus urget; Ipse inter primos te unum, tuaque optima facta Dixissem; laudum extarent monimenta tuarum. Tum mihi cæruleis labens Pater Albula lymphis Surgeret, & fluvio nunc blandiretur amœno. Felix sorte tua, pulchrisque laboribus aucte Antoni, mandasse datum cui talia chartis, Teque ipsum tanto simul involvisse triumpho. QuinHEROFC. CARM. Ets. III.

Quinti namque Pii dum cognoscentur honores,
Emeriti chartis pariter tribuentum honores.
Felix, qui tantum studii, tantum areis Athenæ
Adjecere bonæ: ipse etenim ditissima regna
Florentis Sophiæ, & fontes do more liquentes.
Cecropidum lustrans, nunc hæg, nunc demesis illa
Optima quæque legens; nunc disci giurgitis unda;
Fecundoque haustu, stientia pettora sessassas
Tum demum, soliis qualis hene pastus opionis
Aurea fila yemit bombix, sic puotimus alti
Ingenii depromis opes, tendisque affavesque o
Ordine cundra nonordigesta pires derenciosera.

Que non commorit lingue prestantia de quem non. Judicar egregam specimen, well mentis acumen! Hoc dum animi dipirantis opus mirabile secum Luminibus tantis, tanto & molimine rerum: Excudis? jamb pamer uplum tot magna imoventem Terrarum rogm ; & zeieli luprema Gientem; Luce palara vidifie datur. Nunc: Thraphablonge Horrescet; discetone iterum, ut Dousaple regendis Romanum populis utroque e cardine Patrome Pastorem dederit, dum totum concitat orbem. Dum sibi mutati certant magno agmine venti. Namque doces, animis quales ingentibus ignes Afflati hærebant penitus, fixique sedebant, Ut Latias tueretur opes; ut cladibus orbem Tentatum diris, subjecto Marte levaret. Nunc varios motus animorum, & pectora Regum Conciliasse piis monitis, nunc semina belli Proculcata refers ponto mersisse profundo.

Quid lacrymis, quid non precibus cælestia slexit? Hic unus terris pacem devexit ab alto, Aligerum dum Dux Procerum, primusque minister Antevolans impune Erebi palantia monstra Dispulit, atque iterum tenebris præclusit Averois.

Quis vere aut fileat, quos est perpessus, & haust

M. Pub. Fontane. Curarum fluctus? aut quantos pertulit affus, Dum priscos reparat mores, & candida Patrum Tempora restituit, propriam dum sedulus urbem Condecorat, cultu informans, & legibus aureis! En etiam attactu recrudescentia sacro Vulnera cæca ligat præsens; justumque, piumque Perfossum toties, & iniqua cæde petitum Instaurat: sic te patrio, Germania, sic te Gallia prosequitur studio; sic dissita longe Regna, diu crepera jam caligantia luce. Sincero penitus pertentat lumine fundi. Talia, præclaro distincta volumine rerum Tantarum prudens bella inter Cypria condis Guarneri; que fama simul quacumque patenti Alluit Oceanus pelago, quacumque colendas Summittit tellus ægris mortalibus oras Centeno ore sonans, æterno nomine dicet.

At super his Clemens, oculis, ac mente moratus, Seque decusque suum cognata in luce tuendo, i Clemens, qui vasta mundi sub mole laborat, Eximio ut te digna viro scripsisse solemni Fassus erit verbo; illa alto vulgabit honore, Pontissuumque inter sassos numeranda locabit.

IN

#### A D

## MARCUM MARINUM

#### IN EJUS THESAURUM

De Lingua Latina

## C A R M E N.

Icite selices animæ, sidissima cæli Pectora, quæ solis virgulta sonantia ripis, Piscososque lacus colitis Jordanis amœni; Si quando vos dulce folum, Galileiaque arva, Aut Solymæ pietatis amor deducit Olympo; 3 3 3 Dicite quis vestrum, quis nam præstantibus ausis Ingenii, clarum, pulchra de pole Marinum, and Delegit juvenem, & gremio complexus amico est, Ipsius ut mentem cælestibus ignibus haustam Proveheret, multaque affusam luce piaret. Num, cui sidereum lumen sulzore bicorni Vultum insignibat, frontique afflabat honorem, Nunc ipsum ille sibi, deserta per avia gressum, Qua strepit Euphrates, tendentem, & multa volentem Corripuit, propriaque habuit virtutis alumnum? Atque equidem veri si mens est conscia, certis Indiciis se vera datur monstrata referre. Ille fuit: namque hunc andire. & reddere voces Ignotas/docuit, quascumque Ægyptia tellus, por en Et quascumque sonat rapidi vetus accola Tigris. Quin apices, & signa dedit, numerosque tenere, Vimque, potestatemque omnem, que novit Idume Sacra inter verba ipsa, ori samulata Tonantis. Parva loquor: dum Judzæ interiora peragrat,
En

M. Pub. Fontane.
En subito, densos ceu nota ad litora Cycnos,
Advolitare, atque hunc læto circumdare plausu
Egregias animas, quarum pia nomina fastis
Perpetuis conscripta notis pater optimus ævi
Mandavit: quæ sum juveni, quæ dona sulere?

Hic labris senior puro de sonte cadentem Admovit laticem, & cælestibus imbuit orsis; Implicat hic crinem soliis; hic tempora palma Præcingit: fruitur cæth, fanctoque piorum Alloquio; ast æquali dum spatiantur in umbra, Nilque nisi cælum spirant, oracusa vatum Priscorum reserant, & menti plurima credunt Non monstrata pius, nusio superata labore.

Salve Cenomanum non ultima gloria Paruna, Quæ tibi digna feris, quæ jam non laudistegenti. Hæc ætas primum, venturaque fæcla ropendent! Tu fonter aperis, vitalesque elicis undas, Perspicuis quas ipsa facit sapientia rivis Rupe sub ætheria, & patrium itestantur amorem.

Tu Libani omne decus gemino Jordanis ab amne ! Abducis prudens, Latiasque advertis ad oras: Tu quo quifque gradu facili, quo tramite certo Arva Palæstinæ repetent penetrasse silentes Evaleat lucos, in robora celsa bipennem Moliris; sed enim hine, atque hine cedentibus umbris Limitem agis latum, unde aditu licet ire patenti. Felix ergo animi, fortunatusque laborum. Te non culta modo Syrix, vallesque sonabunt Armeniæ, sed te fluctu, fremituque marino Agnoscent passim exultantia flumina; quin tu Aspice jam referunt docili tua nomina libro Enatæ dudum Tiberina ad litora palmæ: Jam Vaticani congella volumina plaudunt. 1 2 70 

The section of the

ĂD

IN EJUS COMMENTARIA , : SYMBOLICA: 12 125 // ndy right, puralque boot langue to

# Change the Earth of the Control of t

TLla Deum mendle volimi dignata nvetustas pir ang A Purpureisque estata nuns, c quie mediarischaulis Proluit ardenti linceras pectore, mentes ; A 5 10 ? Divinas attinovit opes, muss iple Deplumit in a. I Omnipotens derumque flutor, miro online lervet. Nature in gremio, & magnum traditit, in: orbem; Neguiequam proprigaula est latitantias caulis: A Prodered verifices dreaminfuments, ignoral, incha Ex adytis efferre : netwo feelus omnemutantemat ic Olli-Relligio variis fibir creditas formis i nontratio Obtegered & valuem dictioninvolvece) nubelin and lea Cura fuit : lie gens hominum y lie ullu ferchant : 18 Szculaszuno verol, futis: policentibus recus pupilitie Felix forte alia, felix melioribus annis, Dum Divis cognata magis, se in luminis ortum Attollit, veniuntque anima, qua limina cali Sublimes, quæ magna Deum sacraria tangant; Ecce velut Maja gentile de fullus ab alto Naturæ interpres, Divunique Antonius unus Priscorum monumenta virum collata revolvens, Et quæ Graja dedit tellus, Ægyptus, & Indi, Quæque simul refugo Jordanes misst ab amne, Explicat, & rebus lucem penetralibus addit. Scilicet his unus peregrina ad litora puppim

H2-

M. Pub. Fontanæ.

En subito, densos ceu nota ad litora Cycnos,
Advolitare, atque hunc læto circumdare plausu
Egregias animas, quarum pia nomina fastis
Perpetuis conscripta notis pater optimas ævi
Mandavit: quæ tum juveni, quæ dona tulere?

Hic labris senior puro de sonte cadentem Admovit laticem, & cælestibus imbuit ofsis; Implicat hic crinem soliis; hic tempora palma Præcingit: sruitur cæth, sanctoque piorum Alloquio; ast æquali dum spatiantur in umbra, Nisque nisi cælum spirant, oracusa vasum Priscorum reserant, & menti plurima credunt Non monstrata pius, nusso superata labore.

Salve Cenomanum non ultima gloria Patrurb, Quæ tibi digna seris, quæ jam non laudisregenti Hæc ætas primum, venturaque fæcla ropendent! Tu sontes aperis, vitalesque elicis undas, Perspicuis quas ipsa facit sapientia rivis Rupe sub ætheria; & patrium itestantum amorem.

Tu Libani omne decus gemino Jordanis ab amne Abducis prudens, Latinsque advertis ad oras: Tu quo quifque gradu facili, quo tramite certo Arva Palæstinæ repetent penetrasse silentes Evaleat lucos, in robora cella bipennem Moliris; sed enim hime, atque hinc cedentibus umbris Limitem agis latum, unde aditu licet ire patenti. Felix ergo animi, fortunatusque laborum. Te non culta modo Syrix, vallesque sonabunt Armeniz, sed te fluctu, fremituque marino Agnoscent passim exultantia flumina; quin tu Aspice jam reserunt docili tua nomina libro Enatæ dudum Tiberina ad litora palmæ:. Jam Vaticani congesta volumina plaudunt. the form that the confidence of first sections 1 3 71

The section of the second of t

. 5.1.12.1

#### A D

## ANTONIUM RICCIARDUM

IN EJUS COMMENTARIA 19 2 V

Control of the state of the sta

erregiant of administration TLla Deum mente volimi dignata vetustas sir uni 1 Purpureisque epolata noms, o quie mestarischaust Proluit ardenti sinceras pectore, menten infil a for I Divinas ut novir opes, quas ipse Deplum: 1811 1911 I Omnipotens averumquerlutor, mino ordine slervet. Nature in gremio, & magmin traditit, in: orbem; Neguiequam propriis quia est latitantia caussis: A Prodered vet factos dreamiduments, ignosal, inotaA Ex adytis efferre : netwo feelus omne mulantous at 13 Olli-Relligio variis fibir credita formisi routtano Obtegered & valum dictioninvolvers mulein maken Cura fuit Mie gens hommum glie illusterchant : 18 Szculasukuno verol, futis: polognihua artus pupiliki L Felix sorte alia, felix melioribus annis, Dum Divis cognata magis, se in luminis ortum Attollit, veniuntque anima, qua limina cali Sublimes, quæ magna Deum sacraria tangant; Ecce velut Maja gentale, den flus ab alto Naturæ interpres, Divunique Antonius unus Priscorum monumenta virûm collata revolvens, Et quæ Graja dedit tellus, Ægyptus, & Indi, Quæque simul refugo Jordanes mist ab amne, Explicat, & rebus lucem penetralibus addit. Scilicet his unus peregrina ad litora puppim

M. Pub. Fontane.

Hactenus ignoti pelagi mortalibus, audax
Appulit, & referens diverso gramine plantas,
Informes plantas, bruta tellure jacentes
Consevit; cultuque novo, studioque feraci
Ingenuum docuit formæ sumsisse nitorem.

Ite ergo illustres anima per dulcia culta:
Vos etenim geniale solum, vos discolor hortus
Flore vocat blando, vitreo qua munere sontis.
Unda rigat, purasque sovet lympha ubere mentes.
Largior hic oculos persundit lumine Phoebus
Degeneros arcens animos, adituque patenti
Accipit egregiam jucunda ad gramina prolem.
Hinc visgulta sonant densis latissima rramis
Inachio septena Lino, dum Thracius Orpheus
Pestine fila movens, aurem testudine mulcet;
Dumque simul, platanum junta, ter maximus Hermes
Dogmata palmisera jam tum speculatus Idumes
Obloquitut, Phariosque Deos contemnit, & aras.

At te adeo, o, meritam peperit cui sedula cura, Antoni, laudem, hine suaves si carpere setus, Si ramum fronti decerpere quemque juvabit; Quattuor immensas terrarum extenta per oras Indum ultra, Oceanumque seret pulcherrima sama, Et tecum patrii incipient vaga sumina Clusi, Brixiaque externum genitrix tua sumere nomen.



#### A : D

## ALPHONSUM OLDRATUM

#### CONCIONATOREM CELEBERKIMUM

### CARMEN.

Bis in amplexus caros, Alphonse, tuorum

Antiquam repetens urbem, patriosque penates,
Magna ubi per titulos atavûm tibi gloria sulst:
Ibis; at ipsa tui vultus, ac mentis imago
Ipsa oris sacri Charites, specimenque laborum
Nomine cum tanto nobiscum dulce manebunt.

Fortunate nimis, quem nil mortale sonantem Aurea jam primos suggestus copia sandi Conscendisse dedit. Te non Insubria tantum, Sed Latiæ urbes, sed terrarum maxima Roma Florentem ingenio juvenem, canaque juventa Audit orantem, totoque pependit ab ore. Quin etiam samam referentia talia longe Excipiunt plausu Populi: jam slumina linguæ, Jamque saces, tonitrusque tuos, & sulmina gaudent Intremere, & pigro exciri jam corda veterno. Atque equidem, eloquii extento si lumine campum Percurris, mentesque acuens, attollis in altum, Sive rudes sormare velis, seu pectora cæca Luce aperis, motusque animi compescis, & urges; Concio cuncta tibi obtutu suspenditur uno.


O quem te juvenum fortunatissime dicam!
Quam prudens rerum omnigenum tua plurima virtus
Spem de te præsert, & quos pretendit honores!
Jam video quo certa vocet te gratia Divûm;
Quidve serat pars magna tui, quid spondeatæther;

Digitized by Google

Namque erit, & cum te subvectum ad maxima templa Stipabunt populorum ardor, procerumque corona, Inque caput sacrum, inque humeros, pectusque, manusque

Mista ross, violas, & candida filia fundent. Ipse canam, floresque legent in serta Camænæ Hæc olim, vel quisque alius melioribus orsis.

Interea, dum cura humili, moduloque tuo te Metiris tacitus; dum grandia percipis aure Stans ibi, nec turgent ullo præcordia fastu; I sospes, nostrique memor. Te mæsta supremo Brixia digressu, sensuque, animisque sequetur.



### IN EA, QUÆ

## DECIUS CELER BERGOMAS

LUCULENTER

## DE AFFECTIBUS

PERSCRIPSIT

CARMEN.

SI quos alma quies studii, quos gloria traxit
Pieridum, propriis æquævos mentibus orbes
Sidereosque globos, varisque orientia signis
Astra polo novere bonis; seu præpete penna
Mænia jam mundi volitant ingentia circum,
Atque Euri, Zephyrique plagas discrimine certo
Metantut, si jam pariter sub viscera lapsi
Occultos terræ intentant dignoscere partus,
Atque sidem, rerumque vices, & semina prima,
Immensumque orbem toto sub pectore volvunt:
Huc ipsos novus ardor agat, qua tramite secto
Contractum mira ingressus compagine mundum
Exiguo textu, & spatio breviore nitentem,
Flexit iter Decius, celerique per avia passu,
Non tentata prius vestigia clara reliquit.

Ille quidem, interiora animi penetralia lustrans, Atque oculos per cuncta ferens, & singula librans, Intima quæ suerant obducta tuentibus olim, Quæque ignota diu, sublimes lætus ad auras Extulit, & tenebris per tædia longa reclusit.

Quippe etenim varios hominum sub pectore motu

M. Pub. Fontanze Conceptosque æstus, acri qui turbine pulsant, Afficiuntque animos, & quidquid fervida curis Ira coquit, vel felle tumens despumat amaro; Quidquid & iple boni cognatus mentibus ardor Appetit, innato vel commentatur amore; Luce aperit nitida, inque vicem compacta resolvit Dispescens, gemino veluti de flumine si quis Eliciat rivos, & multa in brachia ducat; Illi autem, late per mollia prata cadentes, Funduntur, quibus assueti denso agmine cycni Advolitant, udo pascuntur gramina campo. Atque equidem quod quisq. novum per tempora longa Ad Cyrrhæ lucos, Permessi ad litoris undam Deduxit plectro, cantu quod quisque notavit, Sedulus in medium profert, tenuique Minerva Lucubrata diu, & proprio digesta labore Tantorum illustrat dictis, & floribus ornat Romani eloquii: O felix, qui intextus in ipsis Proveheris chartis, que te fatalia lustra Excipient sæclo? a te morum Academia semper Accipiet quo membra domet, quo flectere mentes Evaleat Rhetor callens, quo Paonis artem, Prænoscat morbos animi, sensusque latentes. En, hinc qui cœtus tibi, qui chorus inde Dearum Adveniat; tibi jam, Cynthusque, Heliconque resultant, Et tua Ceropiæ responsant nomina Athenæ.

のながら

AD

#### A D

## JO: FRANCISCUM ULMUM

### MEDICUM,

#### A C

#### PHILOSOPHUM PRÆSTANTISSIMUM.

Delius ornasset, nec secrevisset Apollo Vulgari e numero, docto qui nosceret usu Asclepi in morem magni, prodesse medendo; Ni tristi mentem cura, Francisce, valeres, Solvere, consilioque itidem sedare salubri.

Non fas est animis animos audacibus ultro Abjicere: ast validum quæ addit constantia robur, Quæque virum præsens vi mira sospitat omnem, Accersenda magis; motus sic inter innanes Otia ages nullo prorsus turbata tumultu. Si galeam & currus, rabiemque, atque ægida Pallas

Sava parat; quid tum, sapiens bona cum omnia secum Vera serat? Patriam nec te dessere putandum; Namque viro omne solum patria est; quin ille rogatus. Cujas? unde genus? quanam ora? protinus urbem Non unam Argivum, non Persidis arva, sed omnem Pro patria ascripsit recte sibi conscius orbem.

At linquenda semel tellus: en, aspice quantum Cuncta sluant late: quot clara cadavera mundi Oppida strata silent: quot & inclyta regna caduco Fastu mutavere vices; ubinam illa Corynthus; Et Sparta, atque Rhodos, Lacedæmoniæque Mycenær Ilion hinc altum jacet, hinc assueta Quirini

Regibus urbs placitas magnis imponere leges

Hostili excidio haud vultu Tplendescit eodem. Quamquam, o! si dia liceat mortalia luce Metiri, & paullum memer subdicete l'ensu. Quæ mihi quantaque mens docili perculsa stagello Sufficeret; nonne ergo nunc fericios arces Romulez caput extollunt? Rex altius affat, Imperii cujus fines sunt Tartara, & orbis Extimus ille, orbes supra flammantis Olympi Dat sceptra, atque adimit, si force licentius, crrant Elari Reges: hoc ipfo jure potestas Vendicat illa sibi, affatu sancita superno. Huic merze multe politz: non facula longa Imponent finem, extremi non exitus orbis. Cetera sed proprios rapida vertigine cursus, Et gyros complent, totumque premuntur in zvum. Quid dubitas? ne prisca fides, que sancta pudico Ore viget, purifque micat fulgentior altris Victa cadet? gelidove abrepta aquilone rigelcat? Ne tantum vereare nefas: abliste moveri; Namque immota manent præfata oracula cæli. Illa quidem Lybiæ, atque Afræ fine lumine gentes Innumeras liquit, verum hic radicitus hærens Æternum Ausonine populos, urbesque fovebit. Gerte, si quando tutilanti fulmina dextra Intorsit Pater omnipotens; & fervidus ira Vastavit cæde Italiam, belloque, fameque; Haudquaquam ille tamen passus tot dira malorum Grassari longe nimium: funesta repressit Bella volens genitor, commilla piacula postquam Lustravit; tunc & nebulæ cecidere volantes; Restitit unde fides, solitaque in luce resulsit.

At si quis sapiat, numquam immortalia tentet, Neve manus sacra incestet; nam talia rerum Arbiter, atque parens animis non sustinet aquis, Sic civem se quisque bonum per tempora prastet Heroic. Carm. Lib. III.

Ut virum, & esse bonum non negligat. Optimus ille est,
Qui sibi res Divûm, rebus pia numina præsert;
Relligio cui cordi, cuique antiquius ipsa
Nil unquam suerit. Non sævius alta labascunt
Imperia, essus quam tabida corpora luxu;
Sed cum principibus sensim per viscera serpens
Desævit membris certo discrimine morbus,
Non tu despondes animos, revocatur in usum
Auxilii quicquid medica promittitur arte;
Extremasque manus extremis adjicis; initas,
Donec sat natura diu obluctata subegit
Victrix elisum haud ultra procedere virus.
Nunc adeo, o Phæbi, o certe Chironis alumne

Nunc adeo, o Phoebi, o certe Chironis alumne Ulme, iterum jam tangat eburnea dextera; quando (Si non hac merito cælessum est ira Deorum)

Antidotum fuerit regnandi dira cupido.



#### VIRUM CONSTANTEM

HIS PRINCIPUM EUROPE MOTIBUS

Commoveri minime mirum

A D

# ANDREAM CHIOCCHIUM

PATRICIUM VERONENSEM MEDICUM,

A C

### PHILOSOPHUM PRÆSTANTISSIMUM.

TT signum lugubre dedit Jovis ales ab alta Arce Quirinali, & savo clangore patentes Præifrinxit Venetum tractus terræque marifque, Heu quantos motus, quos præscia corda tumultus Excivere! dabunt miseris hæc ipsa ruinas, Et itragem, & codem populis fera femina belli. Ut vero caput extollens leo percitus ira Horrendum ingemuit, fluctulque illisit amaros, Atque jubas. immane tuens, arrexit, & hæsit; Turbatæ fremuere urbes, camposque per omnes Stravit corda pavor, tacitoque impalluit ore. Quæ mens ulla hominum, proprii haud ignara pericli Constitit, & dubiis potuit confidere rebus? Ille quidem constare valet, me judice, tantum, Oui solidum Cyprii stomacum est Zenonis adeptus; Seu qui propositi usque tenax thoraca trilicem In-

HEROIC. CARM. LIB. III. 133 Induat; & crudæ accingat Tritonidis arma: Turpe fuga huic est, vel si infractus concidat orbis. Sed cum luce palam sit nullum hac lege teneri, Largius humanos virturum expendimus usus; Namque virûm sic stare damus, pariterque moveri, Ut sceptrum, si sorte labat, divina resumat Pars animi princeps; nec cæca inserviat illi, Quam parere decet. Rursus non omnibus una. Nec par naturæ est ratio, studiumve colendi: Otia qui pacis, pulchros servata per annos Sentimus, Italiæ dulci qui vescimur aura, Imus in adversos fortunæ mollius ictus; Mascula enim virtus, viresque, animosque remisit. Præterea, æternas quisnam præsciscere leges, Consiliumve sequi novit, quo cuncta reguntur? Ergo anceps rerum ille tenor, mortalia torquens Pectora, diversis vocat in contraria curis.

Ipfa tamen pax alma fuam prætendit olivam. Quo vigeant artes, & quo virturis alantur Semina. Tum rursum implentur rumoribus urbes, Aera fremunt, rumpuntur sædera, ne mala segnes Edat rubigo populos; nam qualis arator, Cum terras, sua regna, videns torpere, frequenti Proscindit sulco, vel certe exurere flammis Omne soli vitium tentat, ne tristia passim Gramina per campos fibris dominentur iniquis; Sic orbem loliis, salsaque uligine purgat Ille parens rerum, atque alti Regnator Olympi; Dum belli scelera eradit; dum frena superbis Injicit; atque docet quo se vir limite claudat; Et quem quisque gradum teneat. Jam prælia scimus Fine juvare suo; at proprium spectamus amentes, Non commune bonum; hinc etiam cur protinus iplum

Hostem in conspectu horremus. Sed Chiocchius inter Tot Regum ingentes motus prædicere pacem

M. Pub. FONTANE Fraftori Manes canat, & meliora parari. Arque equidem, si nota feram, cui certior unquam-Res hæc esse potest? Ciocchi tu plurimus unus Incumbis veterum placitis; monumenta voluras, Attica que quondam tellus. que Ægyptia primum, Italaque demum peperit. Tu mente pererras, Qua sipi te magnus comitem Frassorius addit, Sublatusque orbes supra, calique rotatus, Æquali alloquio frueris, caussasque tueris, Astrorumque vias servas, quo lumine & ortu, Illa simul cocant, terrisque incommoda tanta Sæpe ferant, referantque famem, contagia & arma, Fortunasque hominum. Quid, cum tua digna Lyczo, Atque Academia, promes commentat severis Priscorum siquidem poterunt certare libellis. O studii felix multi; jam pulchra per oras.

Europæ cunctas populi tua nomina discent.

数据 数据

### APOLOGIAM

## BENEDICTI MEDICES

#### PRO CHIRURGIA.

#### CARMEN.

Agnanimi Heroes, quorum per sæcula virtus Effulsit, volitatque altum super æthera nomen; Phoebe Pater, Phoebique simul pulcherrima proles Asclepi, & nati gemini, fratresque gemelli, Magne senex Chiron, & vos qui Pæonis artes Amplexi, varios languentum agitastis in usus, Aspicite hæc, vestrasque boni desendite partes.

Anne quod immenso studio mens avida longos Structuræ humanæ penitus scrutata recessus Extudit, & solers toto deduxit Olympo, Nequicquam promitur? Nequicquam munera di-

Attrectata manu proprio spoliantur honore?

Ars ea, quæ procerum, & legum subsellia quon-

Conscendit, quæ prima suis ipsa ardua pennis Astra sequi potuit, quæque est dignata Deorum Concilio, Patrum impune de sedibus una Truditur, ac quæ stat speculans in sede locatur-Et nunc illa, suis innitens legibus, urbe

In In

M. Pub. FONTANE Frastori Manes canat, & meliora parari. Arque equidem, si nota feram, cui certior unquam-Res hæc esse potest? Ciocchi tu plurimus unus Incumbis veterum placitis; monumenta volutas, Attica que quondam tellus. que Ægyptia primum, Italaque demum peperit. Tu mente pererras, Qua sivi te magnus comitem Frastorius addit, Sublatusque orbes supra, calique rotatus, Æquali alloquio frueris, caussasque tueris, Astrorumque vias servas, quo lumine & ortu. Illa simul cocant, terrisque incommoda tanta Sæpe ferant, referantque famem, contagia & arma, Fortunasque hominum. Quid, cum tua digna Lyczo, Atque Academia, promes commenta? severis Priscorum siquidem poterunt certare libellis. O studii felix multi; jam pulchra per oras.

Europæ cunctas populi tua nomina discent.

對稅對稅

### APOLOGÍAM

### BENEDICTI MEDICES

#### PRO CHIRURGIA

#### CARMEN.

Agnanimi Heroes, quorum per sæcula virtus Essulit, volitatque altum super æthera nomen; Phæbe Pater, Phæbique simul pulcherrima proles Asclepi, & nati gemini, fratresque gemelli, Magne senex Chiron, & vos qui Pæonis artes Amplexi, varios languentum agitastis in usus, Aspicite hæc, vestrasque boni desendite partes.

Anne quod immenso studio mens avida longos Structuræ humanæ penitus scrutata recessus Extudit, & solers toto deduxit Olympo, Nequicquam promitur? Nequicquam munera di-

Attrectata manu proprio spoliantur honore?

Ars ea, quæ procerum, & legum subsellia quon-

Conscendit, quæ prima suis ipsa ardua pennis Astra sequi potuit, quæque est dignata Deorum Concilio, Patrum impune de sedibus una Truditur, ac quæ stat speculans in sede locatur-Et nunc illa, suis innitens legibus, urbe

In

In media rapto potitur, plausuque fovetur Scriptorum hæc autem merito viduata decore Mæret inexpletum, & studio contendit inani.

At si qua est pietas, si æqui vos ulla remordet Cura, per humanæ, Superi, medicamina sorti Constata obtestor, liceat nunc quæ optimus alte Præscripsit Medices, veræ ob virtutis amorem Decertans, superesse diu; tum viva volare Per populos, perque ora virûm, vestramque tueri Evaleant artem, atque omni subducere culpæ.



#### I N

## VINCENTIUM MANZINUM.

Nam quis te nimium fæclis spectande suturis Vincenti, quis te divini luminis haustus Impulit, ut patrias sedes, urbemque relinquens Insignem portu, gelidum Rubiconis ad amnem Cenomanum terras, & regna antiqua videros?

Ter felix animi, ter fortunate laborum, Qui rerum patiens, jam primæ flore juventæ Palladios studio dociles sectatur honores. Dumque urges hausisse satis, justique, probique Per legum placita, & per scita oracula Patrum; Obvenit qui te talem, vel magna merentem Et vigili cura, & patria pietate foveret. Scilicet ut certis Tiberina palatia longe Vocibus infremuere, pii pastoris adauctum Munere Franciscum sacro; & jam Gallica plausum Regna darent, plausu Byzantia regna sonarent; Absentisque moram Adriaci urbs regina profundi, Et dulce illacrymans non æque Brixia ferrent; Tu simul accitus przelaro nomine primos Inter ades: frondenti at nunc protectus oliva Et lauro, frueris sperata per otia vitæ Doctrinz studio, veterum sancita revolvens.

Nec tibi sat pectus nitido explevisse liquore, Quo per utrumque sluens campum sapientia dives Sacrarum legum persundit rore perenni: Quin tu etiam venis auctor selicibus undam Elicis, & largo secundi gurgitis haustu Inducis rivos, sterili qua parte priores Non curæ impendere satis; nunc illa secundo Lympha ciens cursu argutum per devia murmur

Digitized by Google

Tem-

M. Pub. FONTANE

Temperat arentem scatebris vitalibus agrum.
En, circum incipiunt; niveo velut agmine densi Advolitant Cycni, & sluvio conduntur opaco; Majores natu assuere, & mirarier inter.
Aspera, scruposi liquentem tramitis amnem.
Tam se perspicua libandum ostendere arena.
Nec minus interea pueri, teneræque puellæ, Cetera dein juvenum pubes, & nubilis ætas, Assugunt, ramumque tuæ prætendere fronti
Orantes, læto potiuntur gramine ripæ.

At tu qui gratus curas, ac tanta tueris. Otia, magne Pater, magni speculator ovilis, Dum tibi securos latices, dum slumina potat, Francisce, & pastas secum dum ruminat herbas Molle pecus; formam vitreis his sontibus hausia Effigiemque tui divini signa decoris: Qualis & ipse suas pleno cum Cynthia vultu Ostendit terris fraterni luminis orbem, Contemplatur opes ingenti lampade Titan, Dum lucem propriam cognata in luce tuetur; Sed tamen ardentes cursus sub gurgite valto Urget agens, superoque silent animalia calo.



## DIVAM JULIAM

A D

#### SERENISSIMAM CHRISTINAM

#### LOTHARINGIAM

#### MAGNAM HETRURIÆ DUCEM.

TE superi si, Diva, chori; si Julia, contus Virginei in terris celebrant; si publica ponit; Templa tibi, & proprium veneratur Brixia corpus; En, animis commota piis, stirps inclyta Regum, Hettusci Regina soli, Christina vicissim Ardet inexpletum patrios cognoscere & ortus, Atque animi præclara tui, quo sunere virtus Prodiga tum vitæ, teneri tum pectoris, annos Clauserit, & castum sidei servarir honorem.

O Divûm Heroina, caput: quid sanctius ipso Hoc cultu dicam? non te ceu vana sequentem. Tentat amor, Regum seriem, vel magna parentum, Gesta loqui, priscosque tuorum evolvere sastos: Quin tu orbem immensum supra, superosque rotatus Assurgens, rebus quamvis distenta regendis Templa Desim ingrederis, patriosque assuescis Olympa. Reginam hic cæli Dominam, terræque marisque Atria per, thalamosque vides, incedere, & una Virgineos excire choros, & nomine certo Quamque vocare, & sus quamque amplectier ulnis. Tune certe, has inter, visa est sibi Julia: qualis.

M. PUB. FONTANE Cum sele ad canam numerolo sidere Tethyn Demittunt stellz, & lætis conduntur in undis. Cedit luce micans, milloque rubore. Canopus. Et Lybicis Argo premitur devexa sub Austris: Murice sic pallam Tyrio, sic illa ferebat Ora nitens, teque unam oculis vultuque notabat. Hanc tu, jam notam divino lumine in ipso, Unde hominum menti atque animis celestibus eque Cuncta patent, pariter subcensa ex agmine toto Prosequeris studio: nunc ergo protinus optas, Qui genus antiquum Divæ, & natalia, & urbem Expediat memorans, & quo transvecta recumbant Membra loco. Ecce autem calamo tibi singula pulchro, Et puro sermone refert Octavius, ardens Flos juvenum, cui multa parat per carmina Phæbus. Hinc disces, altas qui post Carthaginis arces Vastatas bello, præclaram hanc sanguine Divam, Et forma insignem ante alias, abduxerit; utque Fraude mala illectus Baleari in litore prædam, Et se perdiderit tanta cum Virgine: nosces, Qui demum hanc fidei leges sanctique pudoris Libertate gravi penitus violare negantem

Verbera post dura, horrida post tormenta necarit. Illustres animæ, quænam spectata caducis
Vos rebus pietas, quænam vos inclyta virtus
Strinxit, ut exanimum corpus laniataque membra
Arbuteis pheretro virgis atque ilice nigra
Molliter extructo, tanto exciperetis amore?
At bene pro meritis cælum jam præmia vobis
Certa dedit. Verum o ter fortunata laborum
Brixia, munificis voluit cui Regia Mater
Thesaurum hoc manibus largiri, ædesque locare
Sacras, Cenomani tum jungere plurima campi
Jugera, cælatique argenti pondera, & auri:
Scilicet hæc ut sacra forent tibi pignora semper
Præsentis vitæ exemplo, auxilioque suturæ.

Ipfa.

HEROIC. CARM. LIB. III.

Ipla autem, effetæ fuerat quæ sola Parenti
Filia, perpetuis murorum condita claustris
Virginibus divûm vitam sociata soveret:
Unde velut torquatæ aves candentibus alis
Aethera tranantes slammantia regna tenerent.

Ergo dum magnam tantarum gloria rerum Christinam movet, & menti se subjicit altæ Hoc decus, hoc pulchrum; jam numine, Julia, dextre Annue, & antiquæ nova sit laus æmula laudi. Quippe Arni ad ripas consurgere templa videbis, Signarique tuo, & proprio de nomine dici: Ipsa etenim, quæ multa parat nunc regia conjuæ Omne ingens cesssumque animis, ac viribus æquam Magnæ Ansæ, & desiderii superabit honores.



## MARIUM MUTIUM

#### DE ACHILLE

EJUS PATRE OPTIMO THEATRI

### BERGOMATIS AUCTORE.

Levissem Muri jampridem sunera patris
Ingrato assidens eineri, moestoque sepulcro;
Aptassemque piis lacrymis pia carmina, quantum
Officii suerat nostri; ne vindice plectro
Abreptum cæca mersissent nocte tenebræ:
Ac tua me pietas tantum non passa parentem
Nube aliqua obduci, aut nigris damnarier umbris
Sollicitum expediit, curaque absolvit inani.

Ipse etenim Aoniis, quæ splendent æmula gazis, Et quæ multa serunt Remnassi Sontis ad undam Congessisse sibi, gratas in luminis auras Educis: jamque ipsa una digesta theatro Elucent, meritum incipium jam sumere nomen.

Felices oræ, feliciaque oppida passim,
Dum vos, dum veterum pariter monimenta virorum
Enumerat vates deducta ab origine prima
Carmina: selices gelidi vos sluminis amnes
Brembe pater Serrique, altam qui cingitis urbem.
Æternum posshac præcincti cornua lauro
Ibitis; hunc siquidem vobis adjecit honorem
Mutius. Ast ipsum tanto pro munere, læti
Quascunque serent vestri per tempora sluctus,
Undosi sluctus dicent, ripæque sonabunt,
Dum stabunt montes, rigidæque in montibus orni.
AP-

### APOLLINI

P R O

## JOANNE BAPTISTA PERSONA MEDICO, AC PHILOSOPHO.

PHoebe potents, rutila rujus sub lampade vitam Concipiunt magno quoscumque e corpore setus Educit natura parens, si munere dextræ Nascenti puero Persona sedulus ora Finxisti; si deinde tuis sese artibus ardens Addixit, scriptisque illas illustribus auxit; Da pater, & que nune præsentius optima pandit, Spem supra captumque animi, mortalibus ægris, Viva diem proferre soum, dum mentibus annos Metiris, variasque vices, & sæcla propagas.

En eadem mecum Sebini numina Nymphæ Ipsa in vota cadunt; curvoque in litore ad aras Cespite de molli positas, donaria storum Multa tibi, laurosque serunt. At collibus ipsis, Quos inter læri surgunt super oppida pagi Personæ auspicio tantæ, curaque salubri Distineas satale malum, & pallida morbi Semina, continuentque levem vaga tempora cursum Tam merito capiti, tam digno luminis aura.



## IN POESIM

#### HYMNUS

\_A D

## MARINUM GEORGIUM

### BRIXIÆ EPISCOPUM.

CUrge, o mens animi, teque hunc super æthers 🕽 magnum, 🖟 Tolle volans, summumque subi penetrale Deorum. Illic tum pulchrum, stabili tum cuncta decore Contemplare suo. Quid stas? En plectra, modosque Pierii regina chori jam suggerit. Ergo Quem Divûm celebrare tuo das auspice cantu Calliope? An hanc quam colitis, cæloque beatis Dicemus? Merito, o primis dilecta Poesi, O gravibus pariter mihi nunc venerata sub annis, Tu per me Sophiæ campos, viridesque per umbras Duxisti, & nomen, quodcumque est, Diva dedisti. Sentio adhuc validos firmato in pectore motus; Nec me destituent Musæ, affinisque Juventus, Lætitia, & Charites, volvant quæ tempora Parcæ: Ipla equidem os vatum divino nectare tingis, Ut senium excludas: hoc provida munere tanto Donas, quis placido blandiris lumine. Quid non Diva potes? Tu nunc cælum, nunc tartara pulsas, Elysii hinc animas revocas, nigrosque per amnes, Pallentesque Erebi sedes educis: at illic Sublimes solio Heroas das sistere claros, Quos labor, & virtus per dura pericula vexit. Tam

Jam nunc saxa animas fidibus, silvasque sequentes Voce trahis, pecudumque genus genus omne volantum.

Nunc quercus dant mella tibi, currentia rivis Vina fluunt passim. Quæ rupes, quæ antra negarunt

Magna Deûm responsa? Quibus non sontibus addis Numen, ne sacras ausint contingere lymphas? Parva loquor, tu cuncta moves, tu cuncta coerces. Cum libuit, Manes potuiti excire profundos, Et dociles curru victrici adjungere lincas. Tu Rhodopen quassas, tu Penei slumina sistis, Et tibi destexi subvertitur orbita solis.

Quid memorem studium, & quæ te generosa cupido Inceta it semper, prædulci ut lege, modoque Mortales acuas sperato incumbere Olympo, Egregiumque sequi? Atque his te non omnibus unam Præstas, sed varias edocta assumere sormas Induis, & cunctos te te componis ad usus:

Sic adeo insistis, tanto sic fine teneris.

Tu pulchrum vera, primaque in imagine cernens Materiem veluti propria alta mente volutas. Ipfius & pulchri ad normani, rem quamque decenti Nobilitas cultu, similique nitore reformas. Carmina nec linquis; sed enim hæc roseoque cothurno.

Et socco instituis miro procedere passu.

Quid cum Mæonia surgis virtute, tubaque
Semideûm laudes, & facta ingentia tollis?

Ipsæ equidem insignes animæ, hæc exempla secutæ,
Tellure hac spreta, superum instammantur amore,
Hinc Jovis accumbunt epulis, menssque Deorum
Cælicolis mixti magnis: tunc ipsa ministras
Regales induta sinus, spumantia dextris
Pocula: purpureo ore bibunt longo ordine nectar,
Et lyricis numeris incendunt gaudia Musæ.

K

M. Pub. fontana

Salve Diva, decus terrarum, hominumque voluptas, Salve curarum aquies: hæc, numine, quæ nunc Vulgamus, canimusque tuo, læta aspice, & ipsum Aspice, magnanima evectum virtute, Marinum; Spemque viri tanti majori concipe cura: Jampridem hunc meritis attollere honoribus ardet Roma, memor quantæ sidei, & pietatis in omnes Extiterit, dum se inferret Majoribus Aulæ. Hujus ob auspicium, ruris tibi me otia donant, Et medio excipiunt amplexum tecta recessu; Qua cæsi sacies, prospectusque undique cingit Liberior, grataque immurmurat Ollius unda.



#### A D

### FRANCISCUM CAPUCCINUM,

BERGOMI JUD CEM PRÆTORIUM

FUNUS

JACOBI TARVISANI, STEPHANI

### URBIS PRÆFECTI FILII

CARMINIBUS PROSEQUENTEM

#### CARMEN.

Uid Francisce gemis, Thusco vocalia plectro L Fila movens? gemitu quid dulcia carmina jungis, Dum tibi devexa procurrens Serrius unda Personat argutas, lapidoso flumine, valles? Num Tarvisani mœrentia Principis ora Tergere amas, tristemque animi lenire Parentem, Immeritamque vicem nati, funusque dolentem? Scilicet his studiis, per grati nominis auram Jure soves, his dum stendo te stentibus addis, Et cineri illius tanta pietate parentas. Tu tamen hac ratione doces, mostrante Camcena. Addictum Musis vatem, Phoebique tenacem Nulla sorte quati, nullo mœrore teneri Viribus infractum. Quidnam, quia publica jura Sustineas, servente soro, circumque Tribunal Turba strepat, festoque die, pariterque profesto Est tibi jucundi demtum? quæ gratia dulci LanLanguescit cantu, quoties connectis Hetrusca Verba Lyra, numerisque ligas delecta canoris! Dives opum variarum animus, cui mentis acumen Judiciique subest, solido de pectore sundit Carmina, ceu liquido, & puro manantia sonte Carmina, quis nunquam merito detraxerit zatas.

Felix, cui docta extremo de litore Nymphæ Medoaci assurgunt, intentaque aure canentem Mirantur, totis secum plaudentibus undis.

Ter felix in morte puer, quem sidera læto Excepere sinu; quem longe sama superstes Tot sæclis mansura beat; quem plurimus ales Concinit, insignis plumis, & Apolline dignus. Sic me, sic & quemque juvent bene claudere lucemi Supremam vitæ: poterat quis pulchrius unquam Extingui, sacrave tegi solemnius urna?



## PARADOXON

Vino generoso utendum esse zstivo temporc

A D

## PAGANUM TURRIANUM

MEDICUM,

A C

PHILOSOPHUM PRÆSTANTISS.

BERGOMI PATRICIUM.

Urri, septenos cum post me circiter annos Hauseris hoc lætus cæli spirabile lumen, Cumque pares genio, docilesque vocarit Apollo; Tu tamen illius studia es meliora secutus Communi certe arbitrio: qui scilicet usu Exerces, rerum quæ jam præcognita nosti; Sive doces morbi caussas, seu pocula misces, Arida cum febris miseros depascitur artus, Ut patrios cives præsenti a funere serves. Nunc demum virtute tua de fluctibus atris Ereptus populi, ingenii sub luce corusca Moliris graviora tui. En sapientia sistit Te penitus, quo pauci aspiravere; nec olim Antewolent tibi ferre pedem, aut conferre priores. Stat nomen fama egregium, jam naviter amplas Sors tibi fortunas, & virtus commoda multa Adjecere: tibi constructa palatia læto StaStare vides cælo, & media complectier urbe? Quin etiam dulci donatus nomine patris Susceptam spectas caita de conjuge prolem; Atque insam propria gaudes colludere in aula.

Nos autem rebus quos pars minus apta pagandis Corripuit Phoebi, natura accedere tantum Secretas partes studio tentavimus acri; Atque adeo ætherias ut circumspeximus oras . Et lege æterna volventes sidera mentes, Altius hinc rapimur; primaque ab origine causas Jam folus repetens, nutu qui cuncta supremo Temperet, & certa faciat qui sede beatos. Contemplor toto defixus corpore; & a ta Mente fruor superis: celeri tum denique lapsu Descendo. Hic autem du ces ante omnia Musa Ardua tot spatia emensum, torque ardua rerum Scrutatum accipiunt, proprioque Helicone reponunt; Si tamen est Helicon, molles ubi vertice clivi, Et patrii fontes, & amicum murmur aquarum. Et densæ arboribus ripæ, ripisque volantes Alluera cantu, volucres extare videntur.

Hæc Helicona tamen, simulataque flumina Penei, Et Tempe, & Lucos, Daphnea tronde comantes Esse jubent; cunsta hæc placido mihi numine singunt Ardentes Phæbi comites, Phæbique sorores. Scisicet ut songis ubi sexibus Ollius, arva Pinguia utrinque secans, sluvio decurrit amæno, Ipse mez mediis de sempestatibus urbis Servatus vivam sorui, rurique paterno. Nec tenui censu, nec, plusquam convenit, amplo,

Hic dulces fructus, hic me mihi reddit agellus Dum molles somnos, dum mollia frigora capto; Dumque animum oblectar librorum casta supellex? Quid quæris? Scribo, veterum commenta revolvo; Nunc mihimet placeo, & studia in consueta relabor; Cuique etenim insanire datum; nunc carmine sudo Carmine, ne quandoque gravis, ne ingratus amicis Insimuler, mini dum extorquete poemara tendunt. Rursus & hoc ævi, & brevioris munera vitæ Respiciens, comites, mini quos invexit & ætas, Et studia, & mores, læta in convivia posco; Floribus atque mero Genium, & natale saluto, Quo mini se primum ostendit Cyllenius astro. Hine hilares nobis pateras Silenus, & ipsi Depromunt Satyri, Crhomis, & Mnasylus ab antro, Et ternæ Chariti libant, mensasque coronant.

O quæ tum curis jucunda oblivia duco!
Quos vanos, animique metus, mentique labores
Dissolvo lætus! neque enim mihi prosote credam,
Quod tu unum tepetens iterumq. iterumq. monebas,
Quid meministe juvat? Devitem ut cautius ipso
Sanguine vipereo generosi munera Bacchi,
Idque magis servet longis cum solibus æstas.

Non ego, te quamvis insigni nomine clarum Observem Turri, laudem, aut tua dicta resellam Obsipi capitis censor, detractor, & artis, Quam Phœbus nobis proprios monstravit ad usus. Dicam equidem: aut memet sallo, aut nos ipse

Noverca
Pocula dum medicata parat, natura fefellit.
Hoc quid durius? aut quid dicto absurdius isto?
Ipsa etenim natura parens, rerumque creatrix,
Fallere cum possit nunquam, cum denique falla
Haudquaquam valeat, duros miserata labores,
Contractosque dies hominum; ut qui membra levare
Arida, sive sitim tantum restinguero rivo
Novissent; mites quas ferret pampinus uvasMonstravit; vinoque animum, corpusque salubri
Curandum edocuit. Quid? dicam exordia prima.

Diluvio immenso ex illo, cum cuncta natareat, Cum medio montes mersissent æquora ponto, Tune hominum generi toti longissima vita

M. Pue. Fontane Tempora, & annorum numeri cecidere priores: Nam limo obducto, vitiataque frigore tellus. Cum virtute pari jam non animata foveret. Sufficeretve pares concreta in corpora vires; Tunc pravi succi subiere, atque optima alendi Destituit virtus vitales corporis artus. At certe auxilio tanto, donoque resecti Mortales penitus facri libaminis hujus Consedere; suisque ætas jam constitit annis. Cum vero paucis hæc primum copia tanti Suppeteret laticis; quia regum hunc sola potentum, Et sola Heroum fundebat mensa liquorem; Hinc fecere Deos populi: ut qui hoc nectaris haustu Acciperent Divûm fortem, cæloque potiti Læta per integram servarent sæcula vitam. Prisca quidem, sed vera fides; hæc carmina sacro Decantata ferunt per multa poemata vates.

Quid non ille tuus, qui primos artis honores Assequitur medicæ, pater ille Asclepius inquam Quid non testatur tanto de nestaris usu? Vi, superum vix est æquanda potentia, Bacchi Optimus optime ait: siquidem, sovet algida; siccat Quæ madesasta nimis; nimio exsiccata calore Humestat, reserans; æstu calesasta resolvit. Cui nam posse datum tot se in contraria verti Præsenti auxilio, & noxam superare medendo?

At si nonnunquam veteri, si sorte phalerno Parcendum, dat quale suis in collibus uva Rhetica; tunc certe annuerim, cum frigora campos Dura coquunt, canisque rigent strata arva pruinis: Nam cum, suce palam, brumali frigore ventres Incaleant, jecori quidnam est infensius ipsi Quam clausum aggessisse ignem? dilutius ergo Tempore non alio insumam; at calor insitus, inquis, Fortior ardescens illum superare valebir.

Hoc quinam istud? nonne sua in contraria quaque Sem-

Heroic. CARM. Lib. III. Semper agunt; & sola sibi adversantia certant? Ait ignis quisnam dabitur contrarius igni? Quodve suo simili simile adversabitur unquam? Infusum hunc igitur corpus torrere necesse est. Quod si non igni, sed parti, cui ignis inhæret, Initat agens, ignemque haulto de corpore solvit, Difflaturque leves subito vapor omnis ad auras; Cur non par ratio, fervet cum Meidus æther, Exliccatque dies vesani stella leonis? Continuo occurris, vires sibi inesse minores. Cur datur ergo potus aquæ mihi? nonne calori, Quam calor ipse sibi, potius vis frigoris obitat? Tunc non inficiam vires sibi inesse remissas: Attamen haud tales quin ceu fluido unguine nitens, Inque suas stans sede, queat consurgere in illum Victor, qui tenui nexu, & liquido pede sistat; Quique vel ignotis se immiserit advena regnis.

Hinc alto cum sole surens incanduit astas, Cumque diu obsessum laxis compagibus ultro Evocat, externo assusum non ille calori, Inserior veluti, cedit, quod debilis intus Torpeat; at potius, medico consotus Jaccho Erigitur, certumque solet sibi sumere robur, Pectora dum resicit sanguis, dum spiritus artus.

O dura ardenti longum sub sole perusta Corpora messorum, quid vos ad munia servat Fondere sub tanto æstusque, atque laboris iniqui? Hic mihi non alius, Procyon cum sumina torret, Cum simul ex longo rabies collecta bibendi Aestuat, & totum contraxit servida pectus, Proluat ora liquor. Me non Acheloia tinguant Pocula, ne quando penetrabile frigus adurat Viscera: quandoquidem sibi cum contraria pugnent, Colligitur calor, in sua ut obsistentia surgat, Fortius: at cum nulla datur spirare potestas, Inclusus, circumque objecto frigore septus M. Pub. Fontane
Desevit cordi magis, atque potentius urit.
Haud secus Aetnesis fornacibus ignis anhelans
Æstuat, abruptis propriis cum molibus alte
Obstruitur, claussque fremit circum antra caminis.
At vini calor ille, vias aperire latentes
Assuetus; dum clausa simul, dum ceca relaxat
Spiramenta levis; sudorem e corpore ducit
Omne coquens victum, unde exudat inutilis humor;
Innatusque calor, gelidis assatibus actus
Respirat, collecte iterum stant robore vires.

Nec vero sedare sitim per trigoris udi Vim tantum hærentem dicam; sed pabula mira Ambrosiæ in morem, & divini nectaris, illi Sparsa natant penitus, quibus & nutrire potenti Tum virtute potest, tum spargere sanguinis aucti Spirituumque habilem madesacta in membra vigorem.

Atque etiam cum re in tenui subsistat in ipsum,

Haud ideo lastatur agens calor ætheris alti
Impressus membris, vitæque innata sacultas.
Nec dubitem velut injecto populetur ab igne
Temperies illa, aut nimio solvatur ab æstu;
Nam licet ambobus non sit tatio ipsa caloris
Aequa, nec evaleant parili procedere passu;
Hic virtute tamen longe præstantior illo est,
Quem vitæque, openumque penes stat summa potestas.
Quin veluti, cum venit hiems, cum frigore cuncta
Stringuntur, victu solito, dapibusque sovemus
Corpora, quæ tamquam hæcsibi convenientia poscunti
Sic ubi tempestas cæli variabilis æstum
Alterna invexit vice, slaccescentia passim
Membra cibum quærunt tenuem: hic sacer ilicet
haustus

Natura monstrante, hominem reficitque, fovetque Occultam insinuans jejunis artubus escam. Et dubitamus adhue donis cælestibus uti? Decipimur salsi specie: non illius uiu

Arce-

HEROIC, CARMI LIB. IIL

Arcemur recto, sed deterremur abusu: Ingesto nimium Bromio, aut ne sorte coacto Ingenitus ruat ipse calor; seu concitus ignis Humore proprium absumat radicitus. Ergo

Quis dona hac merito, quis tot miranda liquoris Aetharii culpare velit? cohibete periclo Vosmet, qui insano, nimiumque licentius haustu Certatis potum in seras traducere noctes:
Quanam tanta adeo res est, qua tam optima, qua non Si proprio careat modulo, deterrima stat?
O vina, o vita! hine tristes absistite lympha.
I puer, & carmen, quo nil sapientius olima Ascrao Vati magnus distavit Apollo,
Inscribas, ubi vina cadis mihi condita servo:
Optima vina bibas, cum calo Sirius ardet.



## VIRTUTI.

Quam te memorem cælestum maxima virgo, Purpureo cujus toto non sidera cælo Purius ore nitent! Quo te nil indiga virtus Concelebrem plectro, & sidibus nova carmina jungam?

Tu, veri justique tenax, tu, norma gerendis Rebus, utrinque virum generosa limite claudis. Tu, legum morumque eadem fidissima custos Egregias animas revocas, non digna sequentes.

Tu, caligantes suavi dum lumine mentes Alma soves, addisque operi, placitoque tenorem, Irarum motus, savaque cupidinis ignes Compescis, sensumque novas, hominemque resormas.

Quæ non perpessi, quos nos adiere labores
Tot genus Heroum, illecti dulcedine mira
Præsidii decorisque tui? hi non atria Ditis,
Non Stigios tremuere lacus, non denique cuncta
Præsentem pulchro capiti intentantia mortem;
Tanta tuæ est species, tot sunt præconia sormæ.
Quid reseram? his dum læta præis, tentasque viam vi,
Vulgaresque doces superare, & temnere cætus;
Ipsa Jovis proles Musæ sua munera laudum,
Et meritos adhibent vitæ immortalis honores;
Quin tu præpetibus raptos super æthera pennis
Cælicolis insers evinctos tempora laure.



#### A D

### URBEM VERONAM

#### IN FUNERE

### MARCI ANTONII MONTANI.

Etior ora soli, & cæli jucundior aura
Urbibus e cunctis, quas continet Itala tellus,
Stat tibi, statque tuis spatiosa per arga colonis;
Cetera structuris veterum, tum slumine pulchro
Estigiem parvæ simulataque mænia Romæ
Certatim, Verona, resers: quin nominis ortum
Ipsa tibi proprium Romano e nomine sumis.
Hoc neque sat suerat, ni invicti seminis ignem
Servasses generosa, unde hæc tam læta propago
Nunc animos animis, nunc mentes mentibus æquat
Romulidum: hinc morum studium, hinc tot magna
virorum

Pectora consurgunt, tanto quæ senore nutris.
Nam licet ille animi cultus (quæ cæca potentum Conditio est) atque inselix hæc tabeat ætas,
At decus omne tamen Sophiæ, quodque artibus ante Nobilibus, quodque ipsis gnava per otia Musis Extitit, una soves, patriaque ex lege reponis.
Porticibus quot signa nitent? quot marmora laudes Heroum ostentant, quorum sapientia claros Invexit cælo; atque ipsis super intulit astris?
An quia, quidquid id est rapido mutabile ab ævo, Vertitur, & longo tandem sub sole fatiscit, Ingenii reseram monumenta? & quanta superbis Elogiis, veluti clavo præsixa trabali,
Stent immota, annis nunquam cessura futuris?

M. Pub. Fontanæ

Aspice qui lentis metiris passibus hospes Urbem, cuncta legens, tacitique aspectibus hæres. Quæ procerum nunc lecta cohors, quæ funera ducant. Illi etenim, ceu cum fummo delcendit Olympo Divorum cœrus, celebri de limine tecti Procedunt, propriumque ferens Academia Patrem Supremo mœiti ad tumulum comitantur henore. Nune alii, Musis sacri, cycnique canori, Dum Phoebi donis decorant lugubre feretrum, Te, Marce Antoni, tali te voce sequuntur. Heu ferrugineo solem se attexere nimbo Conspicimus, patriz quo lux, & gloria cessit Vortice montato; en Atheus cava litora pulsans Montanum cecidisse virum submurmurat; ipsæ Antique rerum tabule, Amphitheatra, columne Saxa per abruptas natarunt grandia turtes, At Plini, Manes auditi, umbræque Catulli Ipsum inter lauros sera sub nocte vocare. Nec minus & stirpem attollunt, ut fama parentis Montani illius magni, & prudentia major Curandi prasens, traxisse ab origine Phoebi Illustres ortus latas vulgarit in oras. Inde thoros alii, aut atra velare cupressu, Aut olea certant, immortalique amarantho. Stant pueri, lacrymasque cient pia lumina matrum, Dum mentes ante ora Patrum, dum in millibus unus Tantus honos linguz studiosis vocibus implet.

O prisci mores, o dignæ in sunere pompæ Virtutum altrices, quæ inhiantia pectora passim Ad pulchrum allicitis, laudumque incenditis æstu. Sic ego pro meritis, sic & medicamina possent Ætherias hæc serre plagas exempla per omnes; At sacræ huic myrtho, sidibus Polyhimnia laxis Incumbas, samaque viram miremur, & urbem.

**CLIO** 

# C L I O,

#### FUNUS

## JO: ANTONII GUARNERII.

UT primum aspexit vitali lumine cassum Guerneri corpus posito torpere seretro; Jamque simul concussam animos hoc sunere tanto Consedisse urbem gemitu, tristemque per omnes Ire Patres lustum, assistens Parnassia Clio Ferales hac ante saces ancesto ore locuta est.

Virtutem juxta vixisti; hacque auspice sola Concidit emoriens, te non pereunte, senecus. Jam nunc egregii extendent tua fata labores Clarius, atque alio vives splendore, nec etas Postera, nec te sera dies mutabilis zvi Obruet, aut nitidos unquam oblimabit honores. Debuerant, modo si pietas, modo si inclyta virtus, Sive etiam sincera mori prudentia possent, Occubuisse vice has tanta. At nune astra sequentem Prosequitur tua te historia; & qua plurima chartis, Que Regum, que gesta Ducum certamina constant, Jam proprios sumunt fastus: quo nomine tanto Non ego, non also prorsus te funere digner, Quam pius iste chorus, quamque atrato ordine cives, Conscriptique Patres, Matrumque corona parentant. O fortunati, quibus hac tot lumina fulgent Heroum! Hic, alios patriz non ultimus inter Æternum propria perfundet mænia luce, Æternumque suæ nomen virtutis habebit. Hæc dicens ut forte sinu collecta sovebat Ingenio procusa acri, monumenta retexit; Atque immortali scripta immortalia signans Subscripsit calamo, & same vulganda reliquit. PHS

#### PIIS MANIBUS

### PHILIPPI CONTARENI.

Uid primum, summumve loquar, dulcissime rerum, Magne puer, magnos inter memorande Philippos! Angusto an vira spatio quæ maxima prudens Æquaras? an quæ pulchro pulcherrima ab ore [Ah Superum pietas] anima fugiente cadebant? Ætas centenis duodena adoleverat annis, Virtutemque atavûm induerat, mentemque virilem, Contarene, tibi; cum pulchra in mente videndum, Qualis olorinis sublatus ad æthera pennis Fertur avis, te te cælo iam præscius offers. Nunc amor, & tanta vis alma ab imagine flammæ Corda virûm longe, maternaque viscera pulsans Egregias passim laudes, lacrymasque decoras Decerpunt, feretroque ingenti inserta reponunt. I felix, Superumque hauri exultantia corda.

At nobis te nulla dies longinqua nitentem
Nominibus tantis, te nullo subtrahet zvo.



#### A D

# FRANCISCUM CORNELLUM.

Pontificis, nee quod vitz fortuna priori
Adjecit, tumidam potuetunt reddere mentem
Cornelle? O virtus nullo expugnata favore
Successive ullo. Sis selix optime amice;
Et titulos addat titulis, & plurima rerum
Adjungat rebus eursu sors ipsa secundo;
Dum tibi mens eadem, dumque unus semper & idem
Es nobis; sed te probitas, te candida talem
Vis Genii, nec non teneris exercita ab annis
Cura boni, justique virum formavit ad unguem,
Quem teneat Clemens carum in penetralibus unum.

Libri Terrii Finis .

M-PU.



# M. PUBLII FONTANÆ

HEROICORUM CARMINUM
LIBER QUARTUS.

CEES CEES

A D

NICOLAUM CONTARENUM

ALEXANDRI BERGOMI

PRÆTORIS

FILIUM SUAVISSIMUM.

Litoream propter crinito stipite quercum, Grata ubi populeos muket Philomela recessus, Et strenit irriguis argenteus Ollius undis, Pauca juvat facili vel concessis Camena; Ecquid Cecropiis, juvenum slos optime, chartis Urbanos strenitus inter, litesque forenses Delibas? quid, qua ingenii solertia major Est tua, Socraticis doctrina indagine multa

Exendis placitis? num te Demosthenis avdor,
Fulminaque, Herodotique sluens opulentia linguæ,
Thucididesve tenet facundo percitus ore;
Ut mox Adriacum sedes amplissima Patrum,
Insignesque oræ, quas tum legatus adibis,
Orantem stupeant, ducentem pondere dulci
Eloquii arrectas magnis obtutibus aures?
Quippe tibi nulla hora perit, quin sorte decentem
Dum Cyro conferre pedem selicibus ardes,
Atque urges studiis; campum Kenophontis amœnum
Percurris; sacissque notas, quo protinus una
Et victus animo, & splendor concrescere possit.

Felix, cui pulchræ juvenili in store senectæ Canities menti insedit: selix ter & ille Insanos qui animi assuevit componere motus; Pressit & Herculeo seralia montira labore. Fortunatus & ipse, atavum natalibus auctus Divitiis, regnoque nitens; hæc qui omnia longe Dispescens animo, unius virtutis honores Agnoscis proprios, & quas sapientia dives Sola sibi congessit opes; non tu improba vulga Murmura turbata aure bibis; populive savotem Excipis arridens; sapiens quis talia curat Impuro cum sonte cadant? rationis & expers, Et levior Zephyris, vulgi sententia sallit Vesanas mentes, & recti nescia corda.

At tua te virtus, & pulchri conscia semper Metiri quodcumque bonum; atque expendere vero Cuncta monet; nullo ut fluitantia limite quadrenta

Quid vero emeriti jam clara per oppida plausus Jura tui ob magni sancte moderata Parentis, Virtuti adjecere tuz? nil laudis amantem Magnanimum Patrem dum spectas, ipse vicissim, Lzve velut speculum conversi ad lumina solis, Effiges, pulchrumque magis sub pectore gliscit.

Sed vet, o læto surgentia pergama cælo

M. PUB. FONTANA Urbs antiqua patrum, specula quæ despicis alta Devectas Serri lapidosa ad litora lymphas, Quid claris distincta notis prætoria circum. Pictaque nobilibus laquearia celsa figuris Suspicitis faciles? at quanto rectius aulam Spectamus, medio cujus clementia vultu Consedit placido; dum jus miscetur honesto; Dumque scelus, dirumque nefas, vitiumque malignis Fraudibus incestans urbem, prosternitur; unde Oblistens, cedensque sumul clementia, victos Mulceat, & sontes noxis abducat iniquis. Quippe ubi Alexander patrio metuendus amore Exceptus solio est alta inter limina Prætor, Tanta hæc jucundo potuerunt tempore cerni. Quanta quies, & norma boni, quod juris honestum Urbi se moderante suit? quem slectere nunquam Indignæ aut valuere preces, odiumve coegit.

Ornite quæ secum non sicta ex arte nitentes
Obsedere Dez diversis usibus aulam.
Ille quidem surgens dorso ex utroque leonum,
Et sæva lances æquato pondere librans
Justitiæ speciem tranquilla fronte micantem
Prætendit. Lisca hine pariter; prudentia qualis
Justitiæ assidens recti ostensura tenorem,
Communesque sequi suadens pro tempore leges;
Exerit immotos vultus; partesque, vicesque
Prætoris magni exequitur. Quis mente subacta,
Obsequio, pietate virum, meritisque verendum
Non colat, elatis Athesis quem turbidus undis,
Quemque æque ac magnum observat Verona pa-

rentem?

Nec minus insistens, fortique annixa columnæ, Quæ vincit ratione metus, constantia nullis Non immota malis, nulli cessura labori BER IOLDO elucet; scelezum dum grandia monstra,

4

Heroic. Carm. Lib. IV. 165

Indecoresque animos, tenebroso carcere frenat.

Quis vero haud videat, sinceri ut grata pudoris

Temperies, crispans pendentia lora lupatis,

CARRUSII lateat niveis snb moribus? utque

Temperet hunc parili spectata modestia cultu?

Scilicet hæc vere decorant prætoria celsa,

Atriaque, auratasque trabes; hæc maxima digno Prospectu pascunt animos, quis lumina virtus

Tersit, & a vili potuit deducere cura.

Non illi studium, ut privato zraria damno Crescant, argentumve in publica commoda cedat; Dum scelerum mulctis, quz non lustraret Hydaspes, Aggeritur; saxo unde sibi monimenta vetusto Ex urbe exculpat. Non his clarescere virtus Pulchra nitore suo quzrit. Laus empta superstes Non est; quandoquidem nulla mercede paratur: Nam solidus virtutis honos vestigia servat, Pone sequens; at qui stulte przcurrit, inanis. Verum, ubi przclaro est persunctus munere prztor, Unde tibi jam aperitur iter, quo sidera tentes; Quis te in corde labor, vel quz te cura satigat, O genus egregium, & duplici jam nomine clarus, CONTARENE decus Venetum, & spes magna

Parentis?
Si nonnulla sibi non evenere secundo
Successu; quisnam primo suitantis ab ortu
Materiæ injectis cursum compescat habenis?
Labitur interitura dies mutabile in ævum;
Ipsa elementa cadunt, rerum variantia sormas;
Et magni cecidere duces. Simul alter, & alter
Vobis, tum patri, tum natis, frater honestum
Demisere caput. Lætis sic tristia miscet
Arbiter omnipotens, mortalia pectora versans.

Sin cæli vitio duri periere labores
Agricolis; parcufque dedit se frugibus annus;
Atque adeo populatur amor malesuadus habendi;
L 3 Quis

Digitized by Google

Quis precor, adversos casus, quis sidera contra Stet prudensi Fraudique viam præcludat avaræ? Non tola hæc regio premitur: quin durior usus Incessit rerum late juga Rhætica, & Alpes Teutonicas, Latias etiamnum interstrepit urbes; At nobis quando longe clementior æther Fuscerit, i, genium sequere, arque ad utrumque

paratus
Fortunam illude, & venientibus ægida telis
Objice: sitque licet nihil omni ex parte beatum,
Illa tamen præstans homini est sat gloria, quæ nom
Ulla sorte perit; quid vulgus crimen inurit?
Non virtus ardens populari impellitur aura.

Interea monitis pariter nos talibus acres Per varios casus, saveat dum magnus Apollo, Ibimus; atque ingens rerum superabimus æquor.



### URBEM BERGOMUM

PRO

ADVENTU

# HIERONYMI BERNARDI

PRETORIS

### CARMEN.

TRbs educte jugis, que dorso aquitonibus costas. Inque ortum prætenta latus, folemque sadentein Excello vultu, furgentes prospicis austros, Quis movus hic rumor? que res incognica turbet Moenia; quid turres armato milite fervent? Aera rotis prostrant, vastoque immunia hiatu Horrescunt muris, & propugnacula cingunt; Castra locant alii, fremit omnis in arma juventus, Solve metum: hi motus, bellique exordia tanta Consedere: dolusque omnis concessit un auras. En, ribi paciferamque oleam, laurumque virentem Brembius auratis pretendit cornibus alte, Exultatque solo, & sonitu vicina lacessit Flumins, terroresque omnes, & mumura tomniti Hinc

M PUB. FONTANE

Hine adeo quantæ se ostentent, aspice, vires Solis ab exortu, qualisque in lumine virtus; Jam diræ facies, itabulantia monitra ferarum Excessere urbi, & toto se se æthere purgant Nubila. Quin etiam tantorum caussa maiorum Prodigiale caput, quod te pacemque fatigat, Et decus omne tuum, tenebris se immiscuit atris: Respirant terræ, atque iterum sua sidera celo Conturgunt: venit alma quies: en scilicet ille Jam tibi totus adeit, avidis quemimentibus olim Optabas supplex. Hic est quem solvere falces, Et laxos vincire iterum, clementia prudens. Edocuit; quem consilium, ratioque tuetur, Non studium proprii census. Justissima Patrum Pectora nunc audete animis, attollite mentes; Nunc libris digesta sacris, sancitaque legum Pagina, nunc iterum solitos reparabit honores; Incerti non veltra ferent oracula fluctus; Sed tuto provecta mari, tranquilla secabunt Æquora, consimilem sibi servatura tenorem. Non odium hunc, spelve ulla movet, non grata

Indicium flectits præceps non ira reposcit Ultrices scelerum pœnas: aft legibus ipsis Non fibi vindictam præitat. Vos improba lucro Insaturata phalanx, tristique obnoxia liti Este procul: patuere fores virtutibus, amplum Jam nunc corripiunt spatium, camposque nitentes. Stat lavor ingenuus ridenti fronte, cadentes Colla per, atque humeros, velatus murice, crines, Promeritum quemvis certo amplexurus amore: Que non segnities? que non vel perdita morum Vita cadat? quæ non lapiat vesama vulgi? Ipfa etenim pietas, ipfa & reverentia, summe Digna viro, populos doctæ sub lege tueri

Prz-

Prævenere locum; & montana cacumina late,
Atque urbem passim, &, magna qua sulget in aula
Sedes prima, domos socias, triplexque tribunal
Lustravere simul. Viden, ut Federicius, inter
Heroas primos, primos cui Brixia honores
Detulit, & gemina insignis cui laurea cinxit
Tempora, succedat templo? hunc tu protinus altæ
Dextræ assessora cernes. Sed limina sacra
Ipse Pater linquens, Venetæ pietatis imago
Jam sceptrum gestat, jam nunc Prætoria lætus
Celsa subit, pendent uno nunc omnia vultu.



# JOANNEM ANDREAM VENERIUM

### BERGOMI

PREFECTUM

### CARMEN.

Ila per Insubres numeroso milite campos
Gens estusa, gravesque minas, & bella serebat
Horrida: jamque Duces, suspensaque regna fremebant
Ausoniæ, non certa satis quo turbine nimbus
Ingrueret; Venetum ante alias turbaverat arces.
At non illa tamen turmis tot millibus actis
Nec sibi, neve animis sidens, fraudique malignæ
Ausa est tentare, ignotoque lacessere bello
Finitimos: siquidem, excitis Italum undique telis
Horruit instructas acies, subitosque paratus
Dissimulans; viresque alto trans æquora vertit.
Incipe jam meritam victrici gramine frontem

Cingere Magne Heros; cujus cognomina genti Alma Venus dat ferre suo de nomine, & amplum Continuare decus priscorum; mænia quando Ipse tuæ prudens virtuti credita servas. Te non ulla mali facies, non dira tumultus Fama acuens, quod multa dolis versaret Iberus, Contudit impavidum; non te constantia, & ipsum Consilii lumen, rerum discrimine tanto Destituit, dubii loca quamvis ektima regui Servares: certis adeo ne fimbus holis Erumpat, nunc mente caves, nunc Marte coetces.

Sic dum sectantur pulchrum, pedibusque deveris Usque terunt callem per grandia facta, nepates Evehit iple Pater Divum, dextraque prehensos Secernit populo; calumque, & lucida monitrat Sidera, quæsitumque afiis in secula nomen. At tibi, quos acuit stimulos virtutis avitæ Gloria, rostratumque caput, partique triumphi, Be laque decertata salo, quæ se Actia pandunt, Litoraque, Ambraciique sinus, & Echinades undz? Atque equidem legere, & quæ sit, cognoscere, virtus, Faxque animi, poterunt populi, cum talia laudum Spectabunt tibi jacta palam fundamina: namque Dum patriæ incolumi; caræ dum prospicis urbi Impiger, & propriæ penitus sugis otia pacis; Ecce alta in specula, abrupti super ardua montis, Et molem, & montem, scopulisque ingentibus addis Ingentes scopulos; ut jam non Græcia Olympum Impositum Pelio, atque Ossæ miretur; ad auras Ætherias tantum se moles vertice tollit.

Illa velut rupes toto sese æquore prodit,
Prespectumque aperit late, & vigilantibus haurit
Excubiis urbem; dum litore cinctus Ibero
Abdua vorticibus diffindens arva colonis
Rumpitur. At surius, pariterque hostilibus armis
Obvia, tum subitis expotta incursibus, omnem
Vim penitus perserre potest, instraque, supraque.
Quid memorem essossas latebras, Vulcaniaque antra,
Diductasque igni sauces, avulsaque montis
Viscera? quid longe horrisonis impulsa metallis
Fulmina, quo cælum tonitru terræque tremiscunt?

O felix, quem cœpta Patrum absolvisse tuorum, Quemque operis tanti structurz imponere Divi Extremas voluere manus: en, aspice, Pallas ArmiArmipotens Pallas hæc tot congesta laborum,
Turritamque arcem, nexu distringit aheno;
Atque notis sulgens prægrandibus indidit aurum,
Aurea quo saxa ex alto monumenta viator
Ore legens, gressu suspenso oblivia ducat:
Quæ Veneti imperii moles extrema tuetur
Andreæ auspiciis, hanc non violentia cæli,
Non vis ulla hominum, non ipsum diruct zvum.



# JULIUM CONTARENUM

## BERGOMI

PRETOREM

# CARMEN.

Uod studium populos, Juli, que cura satiget
Conscriptos urbis Patres; dum rite peractis
Imperiis caras arces, & pergama linquis,
Adriacas iterum jam concessurus ad oras;
Infracti sensus, labesactaque pectora, & zgre
Cunctorum mentes, miro testantur honore.

O, qui nunc memores per fastos nomen in zvum Æternet, lectoque tuos de marmore ducat Magnanimos vultus: sed enim per tempora discens Hic humeros, atque ora simul spectaret, at illie Effigiem, speciemque animi; genisque nitorem Postezitas legeret; multa & przclara tuorum, Multa tui generis sama haud superanda notaret.

Quæ tua non virtus, quæ non miranda sagaci Consilio expediit! valeas quid Marte per altum Adriaci suctus, scopulosaque marmora late, Et Calabri didicere sinus. Te rupibus urbes Impositæ vigilem lustrata ob mænia norunt, Teque bonum quoties, toties sensere timendum. Non te ullæ insidiæ ad muros, aditusve maligni Deprendere levem, aut fraus ulla inimica setellit; Sed vis ingenii, & longe mens provida lusit M. Pus. Fontanz
Hostiles ausus, & tentamenta repressit,
Armorumque dolos. Quid cum alto examine libros
Jura sori, litesque obductis discutis umbris?
Ipsi animi insensi divinz mentis asumen
Mirantur, strepitusque cadunt, cogisque sateri
Rectius aut verum dispesci, aut mitius iram
Sedari nequiisse palam: sie plurima fausto
Szpius assidens discessit Curia plausu.

At si forte licer te te subducere in horam Civili a cura; tunc, que ipse prioribus annis Ebiberas, artes repetis, pulchrosque labores Ad te iterum revocas, atque hec pro tempore mon-

Cum juvat affatu, aut placito fermone teneri.
Quantas te in facies vertis! quamque omnibus aptus
Officiis! quantoque animos metuendus amore
Expugnas! sic se aulæis instrata superbis
Scena nitens medio diversa fronte theatro
Spectandam dedit; hane læto quondam inclyta cectu
Roma prior vidit roseis certare cothurnis.

Sed, tua qui jam gesta canat pulcherrima, vates Prodeat aurato piectro; jam dicere tentet Deductum carmen, sacra cui tempora fronde Debius incingat; siquidem ipsa Academia, quam tu Tanti operis cooptor stabili componis amore, Egregiasque animas studiosa protegis umbra, Applaudet surgens; ego stumen propter amoenum Litoris Olliaci, densis sub frondibus, ipsas Assenta referam voces, nova vocis imago.



#### IN

# CISTERNAM INSIGNEM,

QUAM

# ANDREAS PARUTA

### BERGOMI

PREFECTUS

In medio Urbis Fore curavit

### CARMEN

Siste, Hospes; nec te hac teneant: quin ipse (pro-

Audin, qui sonitus pulsa tellure resultant!)
Mirare os illud, cui circumit saxea pando
Amplexu cautes, & grandia labra figurat:
Quanta alvo extendi, quas asservare cavernas:
Visceribus terræ essossis, quæve abdita censes
Claustra imo retinere sinu! curvantur in arcuma
Antra cavis latebris, suspensaque fornice longo,
Securosque lares, atque alta cubilia, nereo
Insternunt: siquidem hic intus stagnantia late
Æquora aquæ dulcis strata expanduntur arena.

O animi præstantis opus, non hactenus ulli

M. Pub. Fontang. Prudenti visum, summmis quod montibus arci Impositæ, immensos latices, & gurgite puro

Sufficeret lymphas, atque ipsum eluderet hostem: Namque sitim dum inferre cupit, dum avertere tentat Secretos fontes, bibulasque exscindere venas, Mille acies, equitumque alæ, atque ignobile vulgus

Arce ipsa, mediis in moenibus urbis, aquantur.

Illustres lymphæ, levibus quis ab æquore plantis. Surgere, succintas tenui velamine, primus Vos docuit, ventoque pares per inane volare? Hæc natura potens, cunctis ceu provida, vobis Scire dedity docuitque simul, pectusque, comasque Imbriferas premere, & toto liquescere celo.

Nunc adeo ille Heros, alta hæc quæ Pergama fervat Civiles animos, & agrestia pectora sedat, Dum Patrum, & Patriæ studet inservire decori, PARUTA, has vobis sedes, hac regna paravit, Et custodiri voluit, propriasque locari: Unde etiam invideant vestrum agnoscentia nomen, Fluminaque, clausique lacus. Quin Larius ægre Sustinet hoc; tantzque immurmurat Abdua famz.

Huc ergo vosmet repetito ex æthere dextræ Fundite vos, liquidumque diu servate nitorem: Quippe eadem vobis alterna hæc dona vicissim Suggeret Adriaco imperitans regina profundo.

Dii Patrii, quorum certo jam numine, sospes Stat decus Imperii Veneti per secula tanta; Si quicquam invisis Superis durabile non est, Ultrices prohibete minas, dirasque malorum; Atque urbes pobis patrias, & regna fovete.

# REPRESINGS

FRAN-

## FRANCISCO DIEDO

### BERGOMI

PRETORI

IN RELIGIONEM

### CARMEN.

HIc ubi personam Venetz pietatis, & zqui Judicis, eximia nobis virtute Diedus Sustinuit, clavo visa est astare trabali Relligio, nutus cælestes, credite Patres Nobilium lecti, expectans; quin ecce recenti Mens trepidat, quatiturque nova formidine pectus. Quid nos te nivea succinctam vadere palla Conspicionus Dea? vel quid rursum in carmina segnes Sollicitas L parce o vultu longæva decoro, Parce covos spirare metus; non omnia quando Illa tua attentare licet. Mihi dicere fas est, Et gelidos lucos, quercus responsa serentes, Et rivos lactis, truncisque liquentia mella, Et lætos pariter donis pro talibus annos: Fas & qui primos terror frenabat agrestes, Et speeus horrendos, quæque illi saxa tremebant Relligione sacra, ipsa fores non cognita quamvis; Quamvis immodicis colerent te jam undique votis-Tu, quoscumque ortus hominum, & natalia ser-

vans,
Humanis addis te animis: tu lumine divo
Corda cies, patriique boni fuccendis amore.
Tu superas tenui sedes conscendere penna
M Alli-

Allicis antevolans; altaque ab origine primum
Das genus, atque ipsum reruth spectare parentém.
Hinc tum pectoribus siquidus sic se impsicat ignis,
Ingestusque rapit per viscera cæca calorem;
Ut nuilæ vires, nulli hunc exscindere status,
Non timor ipse queat, proprii non Regis honores.

Te novit quacumque plaga se barbara tellus Obliquat; te diverso sub vertice gentes Trans vastum oceanum norunt: posuere Tyranni Ingentes animos: tibi jura, arcanaque cuncta Imperii cedunt. At quis tua numina læsit,

Quem non & sera incautum deprehenderit hora?
Scilicet incolumi te, urbes, populique faventes,
Terrarumque valent Domini: sed mox ubi vultum
Dejecisse vident, insano turbine regnis
Casum instare sciunt, sucemque urgere supremam.
Heu clades miseranda nimis: quot sceptra potentum
Mutavere vices? quot vel pulcherrima late
Oppida strata jacent, longos dominata per annos,
Europæque, Asiæque sinu, Lybiæque per oras,
Dum cultu de more Patrum cessere priori!

O utinam, rerum servatrix, o bona custos Diva, potestatem cælo quæ ducis ab alto, Hos maris Adriaci dominos, populosque volentes, Hos fines semper, montanaque mænia serves.

Sed tu, docta satis, que jam ventura parantur, Scalpe notis magnis Pario de marmore saxum; Hicque, ubi personam Venete pietatis, & equi Judicis, eximia nobis virtute Diedus Sustinuit, clavo hec ipso suspende trabali; Illius & nomen templis, urbique resultet.



#### IN

# FRANCISCUM QUIRINUM

### BERGOMI

PREFECTUM

A C

#### PROPRÆTOREM

#### CARMEN.

I, quorum Ausoniz certo stant numine regna. Quantos jam belli strepitus Discordia demens Sparferat; occultas quas acri infontibus ira Struxerat infidias Livor! Gradivus in armis Horridus æratam galeam, Steropisque laborem Loricam induerat, ferroque, auroque trilicem; Enseque sanguineo stabat metuendus & hasta. Jam propius, propiusque metum crebrescere, & ardens. Per populos pugnæ studium. Tu, desuper altis Molibus, & monti imposita imperterrita moles, Urbs umbo Veneti imperii, que grandis in hostes Finitimos obex surgis, queque ora lupato Infidæ gentis transverso in limine frenas, Abdua qua cursum prærupto stumine volvit; Effare, ut te arma, ut toto Vulcania vallo Tormenta induerent; ut se per aperta viarum Funderet, impleretque foros sparso agmine miles: Dum sola in medio staret tristissima Virtus.

Jam tum Calliope pleno mihi numine tantos,
M 2 Oue

Quo canerem motus, adamantina plectra paratati At nunc increpitans, jucunda ut carmina pangam, Admonet. En, dextro, manifeltoque omine præsens Urbi succedis componens arma, Quirine; Tunc omnis bellique metus, strepitusque reserit! Nam Romana velut sacrum intra mœnia templum Surgebat Marti patria pietate Quirino, Urbem qui custos tranquilla pace soveret: Tu pariter celso patriz huis te vertice tollis, Conspicuus templi in faciem, cui candida circum Marmora sedatæ mentis prudentia fundens Construxit muros, quos non inimica coronant Tela, vel infigni spoliorum rapta triumpho; Neve etiam advectæ peregrino ex orbe columnæ Structuram celebrem faciunt laquearibus aureis; Ast nitor ipse animi, ipsæ, hominis custodia princeps, Bis geminæ decorant virtutes. Omnibus ille es Quem pro delubro, quemque & pro numine servant; Quique preces, & vota ferunt, cui pectora facrant, Plebsque omnis, procerumque omnis lectissimus ordo; Unde urbi, & populis vigilem, semperque paratum Te fecisse satis cumulata laude fatentur.

Quippe datur patria virtute, & sanguine pulchro Pulchrius ad laudem, & summa ad sastigia samæ Adniti: aggestos proavum superabis honores.

Hinc custodita referes ex arce laborum Præmia: nam, dum unus, divis in pace secundis, Legibus atque armis sussessibles, munus utrumque; Vel potius Lunæ alternos, Solisque meatus Perficis, & sasces æquo moderaris amore, Fama præit, virtus sequitur, tibi jam omnia curant Munia prima togæ, Adriacis ubi Regia ab undis Urbs tollens sese, & terris dominatur, & alto.

Nunc adeo felix ævi labentis in annos Ibis tu, postquam tanta est oblata facultas:

IN

#### I N

# ANGELUM BRAGADENUM

### BRIXIÆ

### PRÆFECTUM.

Solvam desidiæ toties culpatus, & oti
Quidquid finceri per debita carmina Musæ
Servarunt: quid enim palla conspectus in alba
Ille animus, mens illa viri, cui nomen ab alto
Angelus afflatum natali in luce, quid inquam
Ille velit, cupiatque magis, quam pura vicissim
Spectare, atque audire sibens, quæ conscia nunquam
Incuset præsens, venturave corrigat ætas?


Est vitium ambitio pulchrum, nec dulcius ullum Blanditur menti aut prurit, quam dedecus ipsum Egregium populi arbitrio, studioque saventum. Auribus ast alii instillent, cupientibus ultro Mendaci fama, & ficta virtute foveri Laudum insana: etenim tu, ceu ludibria, Cauri Quæ secum rapuere sibi per inania, vultu Rejicis hæc alto: non te qui cuncta bonorum Judicio expendis prudens, sententia recti Fallit: sanus amas, verum quæ sola decorem, Promeritumque serunt. O quid selicius orbi Evenisse putem, tales si regna tenerent Præfectos populorum. Animus probitatis, & æqui, Justitiæque tenax, ipsos advexit honores, Dux quoties Venetam Tyrio tibi murice amictus Insecuit laxos. Te quando Brixia muris Accepit patriis, novit nil carius unquam Nil Μз

Nil te commodius. Latis sparsa oppida campis Quæ montes, vallesque tenent, ripasque, lacusque, Te patrem dixere suum. Quisnam arma secundis Temporibus, dubiisve bonus, peditumque cohortes Explicuit, potuitque ipsis prudentius uti?

Lene fluit, tacitusque arentes sulcat arenas
Bragada per Pœnos: at tu, non segnius illo,
Dum te perque urbes desers, Venetumque per oras,
Consilio cunctans moliris cuncta serendo.
Haud semel exorti motus sensere potentum,
Quid genus antiquis valeat penetralibus ortum;
Quid bene mens culta, & pulchti vis insita, & ingene
Artibus instructum pectus, gravitasque virili
Fronte sedens; tibi nam mitissima ab ore
Verba suunt, animosque, & corda serocia vincis.

At te relligio, & pietas, cultusque Deorum Promovet in melius. Quanto tibi plura negaris Ob sacra assiduus, semper Dii plura reponent, Et majora dabunt. Sed quæ mihi se ossia pandunt, Certus ut aspiciam, reserant quæ protinus anni

Vos o, Castalia crinem quæ tingitis unda, Progenies dilecta Jovi, vos illa canentes Paciferam lauro victrici innectite olivam In decus emeriti capitis: nil jam mea possunt; Vos plectro, et cantu decet hune sacrare sorores.



#### OBITU

# JACOBI TARVISANI

# STEPHANI BERGOMI PRÆFECT

### CARMEN.

TE quoque, te multo roranti carmine luctu Flebimus, Hesperiz flos, & spesalma Quiritum, Adriacze urbis: sic manibus tibi Nznia suscis Przeripiet stanti promissa poemata vitz.

Non ego, non mæstum Patrem, tua sata dolentema A lacrymis cohibere ausim: quin sunere tanto Ipse tuas secum sortes, atque astra queratur Tristia, res hominum caco volventia lapsu.

Tu Veneti Imperii quacumque extenditur orbis, Sideris in morem, radiis ardentibus alte Fulgebas; jam luce nova conversa trahebas In te unum longe cunctorum lumina: verum Hesperio ut vix orta polo, inter sidera nota Protinus zquoreis se se stella occulit undis, Sic, Jacobe, cadis; regnique in parte suprema Os sacrum, & patriz exorientia gandia condis. Serrius ingemuit, mosstumque per alta volutz Saxa, illisa vadis, sonuere ad litora lymphz.

At pede nune niveo premis altum limen Olympi Candidus, & socio Alipedum te te agmine misces, Despiciens szclique vices, & turbida como M 4 M. PUB. FONTANE

Flumina, Cirexis passim medicata venenis.

O que sacta virum longos extendis in annos,
Que hymnos & Perana canis, Polyhymnia sacri
Haudquaquam postrema chori; da, ut candida tanti
Mens pueri & morum, atque animi constantia simplex
Eternum maneant; que etas mirata, jacentem
Spernat humum, pennaque levi sublimia tentet.



#### IN

#### PUBLICUM FUNUS

### NICOLAO PIZZAMANO

### BERGOMI

PRETORI

A Civitate decretum

IN MAJORI TEMPLO

# DEIPARÆ VIRGINIS

### CARMEN.

Functeam hanc molem, ingenti se luce serentem Ingenti in templo, & tristis solennia pompæ Atrati mærore Patres, qui publica curant, Struxere, & mæsto velarunt omnia cultu; Dum, luctu indicto celebri de more, supremas Inserias solvunt, justique sacrantur honores Urbis Prætori magno, Patriæque Parenti.

O curz illustres, quz tot pulcherrima legum, Et morum norunt animis civilibus zque Insinuasse; suzque urbis spectantis ab alta Formosi montis specula, servasse nitorem.

Jure

Jure viris est dictus honos præstantibus, omne Quorum animi studium in laude, & virtute quievit: Ut quam, dum grato fruerentur munere vitæ, Præclaram peperere sibi, his post funera toto Laus eadem, atque eadem reddatur gloria coetu: Nam quos hic nostris dignamur honoribus, ipsos Consimiles, superam in templis, laribusque Deoruma Communi quodam assensu testamur adeptos: Hoc decus, hoc pretium, hoc est jugi vivere stammæ.

Que species, que tanta etiam pietatis imago Hac ipsa majore potest, vel laude videri? Hic, dum conspicuum meritis, & sanguine prisco, Et virtute simul proaviti nominis auctum, Undique certatur summo decorare paratu; Gliscit amor laudum, & proprio succenditur igni: Inclyta tum virtus dat se se mentibus ultro Spectandam, pulchrique sacem sub pectore sigit.

Quot simili incensi studio sua nomina serri Alite grandiloquum dextro, aut certe æmula famæ Priscorum, niveo dederunt clarescere saro? Atque ideo exciti sacra hæc ad munera vates Egregii vates surgunt: hi pectine Etrusco Fila movent: Latiis hi decantata Camcenis Exponunt, acuuntque animos, & pectora pulsant. O mihi, Corycia fi quæ exercentur in umbra, Suppeterent, 'si nune Phæbus sub corde caleret, Que canerem: at ceci ducunt oblivia luctus. Sorsque viri tanti præceps. Facundia dives Illius, heu, quonam cestit? revocantur ad aftra, Conciliumque Deum complexe colla vicissim Justitla, & Pietas. Quid frustra carraina tento Invalidus? tantum o Venetum mirifime Patrum, Qui vinclis animami tam fancte ekolvere nosti: Accipe supremum falve; nil cetera prorius Attingam. Umbrarum atq. animarum haectise facerdos Expleat; ac dum iplos manes, pia verba precetue

Herote. Carm. Ets. IV.

Lustrat rore levi, sacratoque expiat ore,
Supremum ille vale exerct, repetatque sepuloro. 
Quin gravis Orator numero delectus ab omni
Excelso in procerum consessu, pondera laset
Eloquii, se solus cumulato munere laudum
Hune ipsum ornet, promeritoque sequatur honore.

Libri Quarti Finis.

M. FUR:



# M. PUBLII FONTANÆ

HEROICORUM SACRORUM CARMINUM
LIBER QUINTUS.

CEES CEES

FORMICA,

SIVE

DE DIVINA PROVIDENTIA

A D

# JOANNEM FONTANAM

FFRRARIÆ EPISCOPUM.

SEd jam perpetuis radiantes ignibus oras,
Aeris & liquidi sedes, tractusque profundos
Dimensum studio, & certa ratione secutum;
Dum me dulcis amor noscendi corpora tanta,
Totque ortus, obitusque simul, terræque labores
Essulis penitus secum raptaret habenis;
Ha-

Digitized by Google

HEROIC. CARM. LIB. V. Hactenus inspexisse juvet. Nunc omnia, quando 😗 Vana sciam, ac spectris nequicquam illudier ipsis Humanas mentes; quarum vesana cupido Incendit, falsaque boni sub imagine cogit Acrius ignotas naturæ aperire latebras; Consistam, gressum referens, ac prima relinquam Cautius. En tandem quo me mortalia fessum Perduxere: gravi jam dudum in nocte pererrans Versabar; sterili mecum spatiabar arena. Quis Deus o cacis tentantem erumpere claustris Tollat humo? atque ipsum antevolans melioribus auris Natura immensa immensum spectare Parentem Edoceat? felix nimium, qui lumina tersus Interiora, jubar secreti luminis hausit; Tergeminumque Deum rerum per fingula vidit. Atque ego nune patrii considens sontis ad undant Hoc unum, quæ multa palam simulacra seruntur, Inspiciam; supraque alti spatia avia mundi Surgens mente ferar. Quo lucis munere, quonam; Itque, reditque vias, certo formica meatu? Quantulaque insurgit, rerum non ultima prudens? Magna monet; Regis ter summi insignia monstrat. Principio, hoc longe cæli mirabile textum; Quodque oculi supra rutilis extenditur ingens. Quodque infra instrata circum distinguitur unda, Suspensumque globum, propria se mole tenentem Immenso gyro equatis complectitur ulnis; Ipse Deam Pater Omnipotens, hominumque repertor Hanc pulchri in faciem, atque istius lucis ad ortum E nihilo educens, mira virtute creavit: Ouippe ut; corporea cum longe dissitus omni Natura effugiat visum, nec se explicet unquam Caligans multa in luce; hac ratione videndum

Præberet sese, qualis quantusque videri

Hoc vasto, velur-in speculo, sub corpore posser.

M. POB. FONTANA Flos Paphius, clarave Jovis sub nube nitescit Auricomum sidus; sic tota mole pererrans Ipse opifex, tacitoque intus se numine monstrans Illucet, pulchrumque sui sub imagine prodit. Atque ideo tantis elementa inolentia formis; Unde virum genus egregium, genus omne animantum, Visque omnis animata viget, que ludit in undis. Et que multa levi vehitur super æthera penna, Quæ silvas, atque antra colit, reptatque per herbana, Aut que diverso vegetat sub corpore plantas Frondentes ramo, atque ipsa tellure jacentes; Non aliam ob caussam in varios miscerier ortus Perpetuo justir, quam quo, succensus amore Ipse suas reseraret opes, & nomina mille, Mille potestates, arcanz mentis honores: Nam natura boni nulla se lege coercens, Finibus atque ullis penitus sibi nescia claudi. Diditur in partes cunctas: hinc tempore certo Lax qualis de luce fluens, sapientia consors Cuncta locat, justu que magna potentia primum Conflavit; pulchri unde micat nitidissimus ordo. Fot vero innumeras species, totque indita membra, Totque animos, vires qui habiles rationis adumbrant, Addidit, & sine mente sonos, vocesque loquentes: Quandoquidem haud res una satis producta valebat Quicquid perfecti est divina in mente referre.

Ergo utcumque datum, constanti scedere quaque Dona opere in tanto reserunt distincta patentis; Atque ipsum innumeris testantur singula formis. Ceu quondam sparsim dissecti splendida arena Fragmina collucent speculi, formasque remittunt Hine atque hine, quas una prius cohibebat imago; Sic nitet expressa per plurima corpora reddens Regnatoris opus vires; hine signa deceris Divini apparent; ut qui super omnia vultum Jucandum ducens vestigia clara relinquat:

Om-

HEROIC. CARM. LIB. V. Omnia plena Deo, dubio nec lumine fulgent. O fortunati, quibus hac occulta tueri Alma luce datur: dum mentem, & lumina pascunt. Dum seeum hee miranda animo interiore volutant: Sive plagas lustrare juvat stellantis Olympi, Seu mate velivolum, & vasto sublapsa profundo Æquora, tellurisque situs, atque aeris oras! Hic modo libratum convexo pondere mundum Mente haurit tota; modo secum ingentia lustrat, Et modo perpendens spatio contracta pusillo Corpora miratur; summumque Deum spatia omnia Implentem, immensumque angusto in margine cernit. Atque equidem, levium quis non spectacula rerum Miretur secum aspectans, sapientia postquam, Visque simul sine sine potens, ac provida summi Artificis, textu in vili, tenuique figura Sublucet tantum, proceso in corpore quantum Apparet Regis magni inviolata potestas? Quippe opere in vasto auctori non deficit ampla Materies: minimis ast addere rebus honorem, Multaque non uno variare, ac fingere cultu, Quam magnum? quanta & vis? aut prodentia quanta? Nam quis formicæ ingenium, quis semina norit Et studia, & mores, afflataque munia vitæ? Hic me non cell quisquam prædisere signa, Neu Solis, Lunzque vices, annique meatus Vestigate velit. Quæ tanta insania longe Principium petere, & veri disquirere finem, Cæca per, atque ignota magis? communia nobis Cognofcenda prius: sed enim quæ sensibus ipsis Subilciunt seste, & propius vestigia linquunt, Dant aditus faciles longo semota recessu Querendi: ut clivo effusi per gramina tivi, Dum vario sequimur sugientem tramite lympham, Dant sacrum caput, atque integrum accedere sontem. Illa igitur letis venit cum frugibus effas, Ιt

M. Pub. Fontanz It longo passim slaventibus agmine campis Provida: tum victu invigilat; pars maxima natu Irrepens fragili summa ad fastigia culmo Dente terit messem, ac grandes devolvit aristas. Nec mora, tum socia circum glomerantur acutis? Frumenta eruere intentant vallata culullis: Fervet opus calle angusto, populataque farra Convectant obnixæ humeris, & dente tenaci Avertunt spolia, & rapto potiuntur acervo: Nulla quies operum, noclemque diemque fatigant, Tum mage cum cælo fulget Dictynna sereno: Tantus amor frugum, atque avidæ est ea cura senectz. Quæ vero portus, firmataque limina vallo Sortitæ servant, lætæ venientibus ultro Objiciunt sele; & sub iniquo fasce gementes Subjecta cervice levant, prædamque reponunt.

Hic sibi sub terris, exeseve arboris antro
Communes sedes, urbis consortia tecta
Ore cavant proprio, desossoque aggere cingunt.
Hinc possusse larem gaudent, hinc sornice longo
Horrea, ne qua etiam ignoti gens extera monstri
Congestam hibernos cererem prædentur in usus,
Subducuntque dolis, & cæca ambage viarum
Accessum indeprensum, ut per divortia mille
Incertum prætexat iter variabilis error.

Obsuit & nunquam ipsis imprudentibus humor, Nota etenim qua parte vigor nova germina trudit, Solertes caveis peredunt turgentia grana; Aut etiam soli, radiisque coquentibus illa Exponunt, quotiesve situs corrumpere tentat, Vel pluviæ sensm tenues humescere cogunt.

Nec minus interea illarum mirabere prolem, Et genus immortale: cavis penetralibus ova Enixæ exportant, tepidoque in pulvere ponunt. Tum tepor ætherius, liquidique potentia folis Progeniem fovet inclusam; inque voluçra resolvens EduEducit parvos, nec longo tempore, setus.
Tum primum, visu spectanda animalia miro
Erumpunt, tenui in textu stant lucis ocelli:
Jamque pedes gressum facili per lævia cursu
Contendunt; innatus amor jam tum ardet habendi;
Tantum adeo natura potens molimine parvo
Fervet, & ingenium totos traducit in artus.

Ergo indefessis senium non corpora tardat:
Ast solas, inter sele motantia cuncta,
Annorum series, atque zvi cruda senectus
Provehit in melius: vegetem nam membra vigorem
Concipiunt; validz vires mage pectora sirmant.

An super hæc etiam, nulli non mira, priorum) Observata serens memorem? quis credere tantum Audeat? ut solis inter viventia cuncta: Hoc commune datum sit formicæque, hominique, Quippe qui humo tegere, & certo servare sepulcro Defunctum curent vitali lumine corpus? Ille etenim, si quam non æquo fasce suarum Succubuisse, aut casu alio oppetiisse sororum Inventam videant, sublato pondere funus Infelix ducunt, atque intra tecta domorum Important, caveæque alta sub parte recondunt. His igitur signis, atque hee miranda secutus. Quod veri non quisque alta de sede petitum Eliciat prudens? numquid non ire per omne Materiæ fluitantis opus, mundumque ciere Mente Deum, stabilique infusum numine, dicet Cuncta simul regere, ac patria pietate sovere?

Cecropiæ, o miseræ mentes, o eæca senectæ
Pectora, sique aliæ tulerunt nova dogmata sectæ:
Ergo axes supra ingentes, supra extima mundi
Mænia, Rex Superum incessu spatiatur inani?
Et maris, & terræ tangit non digna quietum
Cura? sed incerto passim mortalia casu
Sponte suunt, repetuntque novas per inane siguras?
N

M. Fub. Fontance Heu, scelus! in tanto subvectas lumine mentes Hoe potuit cecidisse? tamen, reverentia si qua Est veri, aut virtutis honos; qui credere dignum Non curare Deum quemquam mortalia? nam quis Huic tam disposito irresolutis nexibus orbi Casus inest? aut unde hie formolissimus ordo Succedit casu in tanto? tot secla propagant. Continuantque vices pugnantis semina, nullo Consilio, sociave fide, non legibus ullis, Et mortale hominis corpus, tum cetera quævis Indita vis animi certa ratione movebit? Quantas ille parens rerum moderatur habenas, Qua frena immenso, quas leges providus orbi Injecit, quantoque movens tenet: omnia nexu! Ille etenim manuum servans opera alta suarum Continuo leges, prescriptaque soedera cuique Nalgentum soboli imposuit, quo tempore primum Et maria, & terras, celumque, atque aeris auram Extuderat: nunc & nutu dum sidera torquet. Infidique minas, fluitantiaque æquora ponti Obice contundit, strataque coercet arena. Omnia, per latas sese motantia terras. Bruta, genus rationis egens, vel inutile corpus Membra regunt, tantaque intus dulcedine semper Impulsus animi proprios, moresque sequentur; Dum speciem sua quamque trahit, retrahitque voluptas, Ut nequeant certor nature excedete fines. Scilicet ille unus natura est omnibus; ille Mens oft, & præsens nunquam non sussicit unus. Hinc tum quæque sibi passim sua pabula carpunt, Et norunt tristi languentia corpora morbo Curare, & proprios generatim educere setus. Illa dolis fallunt, animis audacibus illa Propulsant hostem, hac pedibus pernicibus altos Abdunt se in montes, & aperta pericula vitant: Quis tamen has prudens unemann, quis talia fruffia Di-

HEROIC. CARM. LIB. V. Dixerit effecisse Deum? an ne ignasa honorum Tantorum, atque suum non agnoscentia Patrem Tot voluit cumulasse opibus, quo forte rependant Muta fibi dignas, vel mente carentia laudes? Usque adeo ene, feras propter, supera alta tenenti Dulce fuit patriis splendescere dotibus orbem? Ast aliter res ipfa. Deus, Deus omnia scite Dispendens, hominem cuncta est molitus ob unum: Namque olli vigor ille animi, ac celestis origo Mentis inest, monimentum ingens, ac pignus amoris Ter magni rerum artificis, quo condita solus Nosse potest; & magna simul benefacta reconsens. Laudibus auctorem positas scit tollere ad aras. Quod Il tantus amor per tot corpulcula fudit Spiramenta animæ; tenuem dum sanguinis auram Indidit, ac toto diffundit corpore succum, Qu'à sua queque sibi diverso exercita motu Temperies sumit jucunda munera vita; Ecquid non homini dederit? namque ille Parenti Assimifis, knundique instar, dum totus in illo cst. Affurgit patria decoratus imagine; & alto. Quæque fupra, atque infra circumspicit omnia vultu; Mox in se geminum interioris luminis usum Convertens, magni in faciem reflectitur orbis: At videt interea, per mundi ingentia, lætus Nil simile esse sibi, nil prorsus viribus æquum; Humanumque deeus cunctis excellere rebus; Cui debet, paretque etiam, & se subjicit uni Quod mare, quod tellus, quod late continet aer; Squamigerum, pecuduma genus, genus omne volucrum. Quis mihi nunc fensus tantos specularibus istis Expediat? que prima sequar? que extrema relinquam? Non mihi si optanti tot sint, quot suave rubentes Corycii per prata croci sub mane sereno Exertant linguas violz ridentis amichu, Cuncta meo ampleeti, aut percurrere carmine possim.

Ergo

M. Pub. Fontanæ Ergo non dubes quimus comprendere signis Impulsu nature animalia cetera ferri. Ouippe una in specie natura est omnibus una: Sedula sie quævis novit sormica senectæ Prospicere, & posuisse lares, & vivere parto; Sejunctumque nihil moribundo excernere sensu. Libera sed contra, volucrique simillima vento Mens hominis, jam fumma petens luper ethera lurgit. Sponte sua, propriisque volans innititur alis. Et jam jamque Deum invisit, carosque penates Extorris, patrioque ardet considere celo: Qualis flamma vorax; cum postibus hæsit adesis. Erigitur convexa petens, similisque volanti Lambit iter liquidum, atque ad celum brachia tendit 3 Nec potis illa tamen tabulis exolvere sele; Ardescit, tenuique magis succenditur aura. Jamque vias omnes, aditusque per omnia tentat; Æquora\_non ipsam spatiosi immania ponti, Non juga terrificis alte circumdata nimbis Impediunt; huc se celerem, nunc dividit illue. Nunc it ad occasum, atque alio sub vertice terras. Et gentes populorum adversi solis, & orbis Disquirit, penetratque chaos, manesque protundos. At super hæc, animis tandem cælestibus ardens. Jungitur alloquio: placidæ est ea cura quietis. Ille mihi; cæli, & fancti qui oblitus amoris Terrenis inhiat, cui cæca in viscera replit Dira lues auri, aut regnandi infana cupido: Dum retum desiderio tabescit inani, Et voluit turpes vitam degisse per annos: Heu quantas scelerum in facies se spiritus olli, Diducitque, aperitque miser: simul atque verendos Exuerit vultus animi, lumenque Deorum, Fit pecus, absimilisque sui; jam turpiter ipsum Solvitur in ventrem, & sacro depascitur igni. Hune leges, non jura movent, non justa Deorum

HERÖTE. CARM. Lts. V. 197. Eternæ assuetum contemnere gaudia vitæ. Nec satis immemorem rapido sugientia lapsu Flumina terrificant; non porta tonantis Olympi

Flumina terrificant; non ponta tonantis Olympi Desuper horrendum, non diri ardore cometæ Vecordem revocare valent. Oblivia lethes Væ qui longa bibunt, cæcæ deliria mentis. Sed me me primum, tam pulchra exempla sequentem

Divina elucens minimis solertia rebus

Sublimeme rapiat, mentique accommodet alas. Talia que parvo reptant corpulcula motu; Quandoquidem incassum nil auram luminis hausit, Nil frustra immissum terris; si qualia multa Non facilem victum præstant, aut velleris usum; Si nobis nec membra levant, durove labore Subsidio subeunt operum; nec denique possunt, Sessoremque pati, atque moras superare viarum: At Superum dant mente sinus, & dona tueri; Prospectuque acuunt rerum mortalia corda, Torpentesque animos; ut quæ divinitus illis Addita sunt, varios meditande excudit in usus: Non secus ac parvis quadam signata tabellis Erudiunt, quæ quis fugiat, quæ quisque sequatur; Et quod quis teneat præsens, metuatque futurum. Quam pulchræ species operum! Næ judice quovis Permagna exuperant: moribundis artubus illæ Suppeditant victum; hæ, summi certissima Regis Præclaris distincta notis mandata ferentes Indituunt animos, atque hæc ad munera vivunt. Vade, age, formiczque vias, onerumque labores. Contemplator; ibi quid sit sapientia tandem Experiare piger, normamque insiste sciendi; Dum faciles anni pendent, dum messis in agro ost. Illa quidem tectis vitæ opportuna reponit: Nos vero sanctum genus, & quos morte subacta Florida vita manet sæolo mansura perenni; Quid cessamus adhuc gratos pietatis acervos

N3

Con-

. M. Pub. Fontane Condere & ingentes veræ virtutis apilei Thesauros, purumque magis meditarier aurum? Depresse heu nimium morituro in corpore mentes! Nam que sponte fluunt passim, quasque ubere leto Fundit opes tellus, cassa formidine nunquam Non sequimur cupido, cacoque inflamus amore. Eccquando hanc miseris curam exolyemus ab oris? Largus opum, fons ille boni, qui divite vena Thesauros dulcis vitæ, qui regna paravit, Et justit sperare domos ardentis Olympi, Destituet caros patria pietate? ferarum En prole innumeram, & pecudum quanta agmina palcit. Nec populo imbelli formicz defuit, uni, Cui dotes victumque dedit, tectumque laremque, Quod factum hoc ipso potuit præstantius ullum Devinctus animi terreno compede vires Arrigere? en serie quali, quantoque lepore, Et res perpetuet, nec cuiquam numine desit. Scilicet ille opifex, mundi genitalis origo, Tergeminus resident rex majestate serena, Quem non picta chlamys, Tyrio nec murice fulgens Cingit, non Pario claudit de marmore templum; Purpureus sed vestit honos, sed dulcis amictus Circumdat, lux ipse sibi, & mirabile templum; In tecti speciem, diffuso lumine, cælum Distentum explicuit, stabili, tum, sede locavit; Florentemque coli terram per tempora justit. Illam czruleo oceani przeinkit amictu, Ne deserta siti, vel pulvere victa fatiscat. Hinc liquido grossa, latebrosa per antra sonantes Diversi in fluvior scindunt se murmure fontes; Et jam jamque fluunt per rura recentia rivis; Jamque parens tellus lætissima gramina fundit. Hine armenta boum, atque ovium non ultima cura, Hine damæ timidi in silvis, capræque sugaces Pabula nota petunt, fluvioque, azentia sedant Ora

HEROIC. CARM. LIB. V. Ora siti, nec jam fontes, rivosque salubres Inducit late campis, ac temperat ællum Sideris Icarii, morientesque excitat herbas; At dociles undas summos conscendere montes Imperat: illæ autem per lævia saxa cadentes Funduntur, scatebrisque rigant: quin providus alto Vertice, que feriunt montana cacumina nubes. Et rore, & pluvio secundat desuper imbri. Sed neque faxosis enatæ in montibus orni, Nobilibusve elata comis altissima cedrus Arentem metuere sirim; & juga celsa dedere Lustra suis inventa feris; hinc fissile lignum In varios hominum usus: nunc per mutua nexis Infidum marmor trabibus, & remige pulsant; Nunc domibus posuere fores, summumque lacunar. Quid volucres, nemorumque feras, totque abdita vasto Monstra mari memorem? apta suis cum pabula poscant, Suggerit ille manu ipsa eadem expectata potenti; Namque ingens circum rapido dum machina curlu Volvitur; atque facem dum sol prætendit Olympo, Et varia statione poli, obliquoque meatu Lumina diffundens, distinctis partibus annum Digerit: ipse Pater, venturi providus, almo Absumti imperio reparat dispendia victus. Nec mora jucundi redeunt jam tempora veris; Terra tumet, viget omnis ager; genitabilis aura Spirantis zephyri revocat sua gramina campis, Largius aeriis descendit nubibus ether, Tum nudata gelu, nudataque semina bruma In tepidos audent iterum se tollere soles. Jam tener intus alens turgescit mobilis humor. Jamque domos avibus frondentes explicat arbos; Avia tum resonant vano virgulta canore, Omnibus unus amor: notumque armenta calorem Concipiunt, setusque simul meditantur amatos. Nec metuit diras adverso aquilone pruinas N 4

M. Pub. FONTANE Pampinus; at gravido trudunt se palmite gemme. Sed jam tanta quies, atque indulgentia cali, Inter utrumque means, frigusque interque casorem: Nescia ne ulla extrema pati natura fatiscat; Subtrahitur sensim; ver surgens proterit æstas, Et jam maturis flavescunt frugibus arva." Tum nova frondosis errant animalia silvis; Exultantque novo tenerum per inane volatu Pictæ corpus aves: vario tum gurgite pitcis Funditur in numerum, luditque liquentibus undis. Mox pater Autumnus gravidis sua serta racemis, Arboreolque simul secundi ruris honores Explicat; & rapido paullatim exolvitur æstu. Venit hiems, glaciale solum sua pignora condens Amplexu, gremioque fovet: tum femina sulcis Altius infidunt; & glebis vincula nectunt Multiplices fibræ; ipla magis defigitur arbos. Hac serie flectens sele brevis implicat annus: Hac alit omnipotens, hac victum lege ministrat. Hine fessa assiduo, defunctaque membra labore Alma Ceres reficit, revocantque in corpora vires. Vina hilarant, vegetatque artus vis pinguis olivi. Hinc frutices densi, & medicæ mortalibus herba, Vulneraque, incensosque æstus avertere norunt.

O domus, o ingens sedes selicibus austa Muneribus tantis! en qui penetralia sodit Formicæ parvo generi, & frumenta, penusque Adjecit, quod testum homini Pater apse tetendit, Et quantum cælavit opus! dum munere lucis, Hocque ævi fruitur propero, ut vario omnia cultu Rident, ut longe innumeris micat ignibus æther; Ut tellus turrita nitet tot moenibus urbis, Tot conferta opibus, tantisque coloribus ardens! Suspice qua totum hunc rutilantis lampadis orbem Luce riget; gens unde virsum se a luminis ortu Addicit studiis solers, operumque labori.

Aut

Herore. CARM. Lib. V. 20 Aut ferro terram exercet, validisque juvencis,

Aut jam vela legit profulcans æquoris undam; Aut læto instructus portu jam solvere tentat. At vice quam grata mortalibus alma quietem Nox vehit; & dulcem spargit per membra soporem Rore levi, reparatque herbas, ac temperat æstum! Sub qua multa cavis erumpunt monstra latebris; Armeniæ hinc tygres, torva hinc cum prole leæna: Mox simul ac oriens albet candore recenti,

E pastu sese latebrosa in lustra receptant.

Sed domus æternis ampla hæc subnixa columnis Dives opum variarum, ac mira luce coruscans Vertice si tanto, si tanto splendida luxu Erigitur mortali homini, cinerique futuro; Quantus erit, qualisque locus flammantis Olympi? O Patria, o domus, o Animæ fidissima sedes! Quis mihi nunc illam volucri percurrere penna Det præsens; facilem qua mens imitata columbam, Alta volans, jam jam caput inter sidera condat? Quippe videre novum videor splendescere solem Largius, atque alio vestiri lumine mundum, Mundum ubi læta fuum venerantur fidera folem. Hic non occasus stellantia signa recenset: Sed regio, immensis extento limite campis, Purpureæ lucis teneris discursibus ardet; Quam violant nullo volitantia nubila nimbo: At sine nocte dies, semperque innubilus æther Collucet, puroque nitent late omnia cultu. Hic almo pax vera sinu sua gaudia sundit; Hic prædulcis amor, torrenti flumine labens Lætitia undanti superûm exultantia corda Dulce rigat, recreatque tepor diffusilis auræ. Felices anima, & tenues sine corpore vita, Alipedumque chori, qui regna hæc ampla tenetis; Vos geniale solum, & liquidi nova tempora veris, Æternum colitis; jam vos non solibus zstas,

M. Pus. FONTANE

Jam non torquet hiems glacie, non frigora lædunt. Felices anima, & jam nunc sine corpore vita; Vos etiam leti expertes, curisque solutas Vera quies animi, pax summa, & summa voluptas Pascit inexpletum cælesti nectare; dum vos Otia sancta tenent, & florida vita juventæ. Scilicet hoc est, hoc unum, quod parvula nobis Przmonstrat formica tegens jam lumine cassa Corpora humo; hæc est illius non vana sepulcri Sedulitas; certam ut moneat, post funera, vitam Sperare, æternosque dies, lucemque perennem. Hæc est illa vigens jam multa ætate senecta, Quæ docet, ignoti expletos post temporis annos; Cum Rex omnipotens, reparans nova sæcula mundi, Excibit longo torpentia corpora somno, Nec rursus morti sinet esse locum; ilicet orbi Ver magnum, ver ipsum homini storente juventa Venturum; ergo immortales revocatus in artus, Et positis novus exuviis, plaudentibus alis Sidera celsa petet; qualis Jovis ales apertum Exultans nitidis fertur super aera pennis: Qualifve Assyriis avium pulcherrimus oris Creditur aggesta de mirrha, & ture Sabzo Post cinerem senio spoliatum sponte renasci; Jamque volans plumis rutilis, vitaque recenti Nune Arabas, nunc fura legit Panchaia, donce Sistit adorati se templo solis, & urbi. Atque ideo id solers nigris e millibus agmen, Dum vivit, sociosque tenet sine rege penates; Rectorem, qui unus terrarum immensa gubernat, Innuit, imperium cui summum, ac summa potestas Æternum manet; hunc præter, nil dulce requiri, Hunc solum amplecti, hunc positis venerarier aris Admonet; hic etiam dominos regnare potentes Imperio, sceptroque dedit; quo legibus unum Monstraret populis Regem, dominumque timendum.

Heroic. Carm. Lin: V. 203 Mocopus, hoc regnum est, regnandi hic denique finis.

At quanta auxilia, ut vitæ nos munere donet.
Ponderibusve levet pressos, tollatque per auras
Sublimes animis! jam ne illa infanda revolvam,
Quæ Deus in terris nostra sub imagine vivens,
Dum cælum, cælique vias, patremque doceret,
Effecit, voluitque pati, quæ sanguine sanxit
Mandata, & moriens quæ mystica dona reliquit?
Ast illud longe majus: tam grandia watura;
Quæ vox illa canat? sat mi impendisse laborem
Hac tenui in re; quæ vestigia rara legenti
Hoc latum patesecit iter, quo tanta viderem,
Et decus æternum, & decus admirabile rerum.
Ergo unum hoc teneam inventum, hunc mea Musa

datorem Concinat; huic grato persolvat carmine laudes. Atque utinam, currum qua tollit ab equore Titan, Phœbæa inficiens pheretratos lampade Persas, Et qua devexos Tartessi ad litora vultus Obliquat, qua rura tepent Pellea Canopi, Quaque riget nimio brumali frigore cælum, Cuncta Dei mecum laudes, nomenque sonarent. At tu Myrmonidum haud populis dare nescia nomen, Multa sciens, & non uno dignissima seclo; Jam vero haudquaquam posthae non ultime frustre Multipedum fueris; non te sub sole viator Sublistens, solusve satis mirabitur arvis Migrantem agricola: at si quid promittere possum, Illustres animi hærebunt; specimenque laboris Mirati, per te discent super æthera mentem Tollere: jamque aliquis, tum Divis gratior ipsis, Tum Musis propior, que rupta per otia primi Illecti dulci studio, tentavimus, olim Extendens feret in melius; carpetque per umbram Felix ille viam, tuto qua limite secta est: Et meritæ primos decerpet laudis honores;

Teque novum sidus nutanti addicer Olympo.

Hæc nos: dum cupimus, tua quæ jam maxima virtus

Despondet, magnis mirari obtutibus, & quæ

Ipsa simul, Fontana, parat tibi maxima Roma.

# VIRGINI MATRI

#### SACRUM.

Diva Parens, Regina poli, pulcherrima Virgo, Cui Superum chorez, cui puri sideris ignes Assurgunt, placitoque simul famulantur honore, Hic super aerei frondoso vertice montis, Qua tibi sacratæque ædes, augustaque semper Templa nitent, vigilantque piis altaria sammis, Qualiacumque tuz votiva hæc carmina laudi Persolvit Damon, & sacris destinat aris.

Alter, ab exacto lustro, jam volvitur annus, Cum me jactatum curis, rerum omnium egenuma Palladis hi colles, Phœbæa hæc consita fronde Excepere sinu, media sub nocte silenti; Et mulsere levi languentia membra sopore: Tunc pia tu Genitrix roseo spectabilis ore Sic Natum complexa tuum, mihi farier ultro Demulcens animum, labesactaque pectora sirmans Visa es; nec me vana sides, nec somnia sallunt.

Que mea te pietas misereri incommoda nostra, Quidve preces voluere mez, dulcissima Virgo. Oh sola exhaustos nimium miserara labores: Tu casus veneranda meos, tu tristia vota Respicis; & miseri lacrymarum slumina siccas. Per gemitus ergo Alma tuos, par dulcis Iesu VulHeroic. Carm. Liz. V.

Vulnera seva tui, per te mitissima Mater
Me, precor, invicta sperantem & cuncta timentem
Tolle manu; semperque tuo me numine serva.
Sic tibi perpetuis cumulent altaria donis
Sæcula; sic meritos certent imponere honores,
Qua superas Titan illustrat lampade terras,
Quaque infra occiduo condit sua lumina vultu.
Ipse ego tura libens incendam, & lilia plenis
Essundam calathis; nec quisquam lætior aras
Me ponet. Curæ ite procul: jam me æthere ab alto
Respexit Divina Parens; nova carmina mille
Voce canam; tactæ resonabunt pollice chordæ.
Me sol exoriens, me adversi sidera cæli,
Me noctes mediæ, me pleno lumine soles

Laudantem Dominam sanctæ pietatis alumnam Spectabunt; pulsi quatient capita ardua montes: Effusi repetent vocem vada cærula Nerei.

POPER PROPERTY OF THE MARKET

DE

# D A M O N,

SIVE

# VIRGINI MA'TRI

#### SACRUM

A D

# JACOBUM CONTARENUM

SENATOREM AMPLISSIMUM,

OLIM

#### BERGOM 1

PRÆTOREM.

EN iterum thi, magna Parens, pia munera Damon

Ante aras; ubi prona genu tua dulcis Imago Divinos pavet affatus, cælique Ministrum; Congerit ardenti trajectus pectora cura.

Hic animi trepidantis onus, mentisque labores
Deponit, te, Diva potens, te supplice versu
Implorans; iterum poscenti, & multa querenti
Da, Regina Deum, facilem da numinis aurem;
Fas tibi namque uni in terris quam maxima posse:
Unde etiam diversa locis tibi lucida templa
Consurgunt; tibi mille aræ, tibi nomina mille:
Hinc

HEROIC. CARM. LIB. V. Hine tot fignorum facies, tot vota precantum

Eventu vario, sacra ad fastigia passim

Fixa manent; alteque tholo donaria pendent.

Atque ego, te Matrem recolens, si mystica sacta Confeci; si dona tuis altaribus auxi; Affer opem, divina Parens, animumque trementem Alma fove: & ter conatum relaindere leges, Multa reluctantem, adversum me multa moventem Disjice, terque ruens ausu cadat hostis inani.

O mihi si pulchram referat victoria pacem, Quæ tibi tum lætus condam, quæ carmina dicam; Hic ubi graminea formosus in æquore surgit, Qualis gemma tumens fulvo circumdatur auro, Collis, Cenomani speculans longe extima campi; Et tibi turicremis ostentans ignibus ædem: Hanc etenim propter; qua se demittit ad austrum Consita vis lauri, atque olez pulcherrima proles; Felices rames, ramis felicibus addam: 'Et laurum juxta viridem pallebit oliva, Pallentique olex laurus conjuncta virebit, ... Attollens lætas frondes, cultuque frequenti, Et cum sævit hiems, & cum ardet solibus æstas. Certabunt proferre novis tibi frondibus umbram. Et similes socie paniter confundere baceas: Dum mihi pascentes altis in montibus agni Grex sacer, & puros fontes, & pabula tuti Nota petent, ludetque novo mea fistula cantu.

Talibus oranti summum penetrale volutat Illisas voces, mutilataque verba resultant: Quæ simul excipiens iterat nemus omne propinquum Densa fronde sonum : tum sulsit ab æthere Titan.

Ast exoratum numen mi Virginis almæ Præstet, ut & geminas tibi carmen obambulet aures, CONTARENE: scies etenim quo torquear zstu; Quam dubium nunc, quamque anceps discrimen agat me.

Sci-

Scilicet illa, piis olim quæ legibus ipfe
Sanxisti; cum jura dabas felicia, late
Qua per saxa sonans contorquet Serrius undas;
Detrectat vesana cohors; ruet omne tumultu,
Ni subeas; redde o iterum optata otia pacis:
Quippe tuæ incipiens contexam carmina laudi
Debita jam; haud ultra dubius tua sacta relinquam;
Te duce namque tuum convexa per ardua nomen
Prosequar; & tecum sperato involvar Olympo.

# sentur sentur

### I M A G O

SIVE

# DIVA MAGDALENA A TITIANO DEPICTA

A D

### MELCHIOREM GUILLANDINUM.

A T quos, heu, vultus, magnæ quæ Virginis ora, Ora modis miris toto pendentia cælo, Horrentes inter frondes, horrentiaque inter Tesqua, ubi præruptis inhiat sub cautibus antrum, Conspicio? & mecum sista, ut vera omnia lustro? Anne, Palæstinas inter pulcherrima matres, Illa es nobilibus mulier natalibus orta, Quam mediis opibus, primisque licentius annis Urbe ferunt Solyma molli indussisse juventæ? Scilicet ipsa es; nec tua me jam insignia fallunt:

HEROIC. CARM. LIB. V. 209
Illi etenim, qui humeros circum, & circum ora fluentes
Largius usque eadunt sacro de vertice crines,
Neglecti crines, incompositique capilli,
Te mihi non dubio desixa mente tuenti
Indicio produnt: at si forte est locus ullus,
Quo mens cunctetur, dubium discluditur omne;
Nam lateri lævo, præcisi in margine saxi
Lucet onyx; tibi lucet onyx, pietatis imago
Magna tuæ: sed enim hæc duo sunt insignia, sunt hæc
Argumenta, quibus non ulli incognita semper
Dicèris; ruaque illa simul pia sacta per annos
Ætas ventura extremo mirabitur ævo.

Ut te igitur miserans animi, formosa virago, Speluncæ ante aditum, pendentibus undique saxis Inter dira loci stantem, inter inhospita lustra, Spectantemque polum vitæ melioris amore, Aspicio, agnoscoque libens, velut Idalius slos, Quem ver jucundum, quem molles ætheris auræ Rore novo in dias eduxit luminis auras Difflantem late calathi ridentis honorem; Si jubar ætherium, rapidique potentia solis Altius insidat terris, fulgentia ponit Et folia, & spinis pallens languescit acutis: Haud secus ipsa, ætate nova, & florentibus annis Deliciis innixa tuis; ut fervida cæli, Visque, ardorque potens, divinæ semina mentis Insedere animo; vultu collapsa decoro Visa es consenuisse: & nunc nigrantibus umbris. Aspera ubi ex alto texunt retinacula vepres, Marmorei vultus, & eburno gutture pectus, Nudatique humeri, nudataque brachia languent. Heu qualis species, qualifye in corpore pallor! Hinc vilis, tenuisque cadens dependet amicus; Hinc passi advelant humeros, & pectora circum Sufficient vestem crines; hine saxea rupes Desuper horrescens, vastoque elata recessiva

Ru-

Quippe etiam liber ille patens, quem leniter aura Impellit, versatque sacris inscripta tabellis. Admonet, ætheriis ut eum sublata catervis Implesti longas, victus sine munere, luces; Cum tecum pennata cohors, gens ætheris alti, Ter sanctum caneret Patrem; & tibi certa voluptas Afflatusque vigor, tacito se corpore miscens. Atqueanimum, atque oculos dulci exaturaret amore. Ut nunc formosum os, immoraque lumina tendens Cælestes toto suspiras pectore sedes, Mensque inhiat! proprio ut consistit robore corpus; Dum subnixa premit transverso izva lacerto, Dextraque substringit pectus! sic mitis olivæ Arbor, cum tellus rapido sub sideris zstu... Aret, cum vires nullus jam sufficit humor, Pallescit campis, soloque in stipite pendet; Illa autem cæli liquida perfunditur aura.

Per te ergo, lacrymasque tuas, crinesque solutos Diva, quibus Patris summi complexa rigabas, Tergebasque pedes nati; perque illud amoris Egregium; ac pietatis opus, tua dextera quando Spirantis succi liquidum dissudit odorem, Atque illum Regem, servatoremque potentem Affusum toto perduxit vertice corpus; Aspice, si quando mini me rediviva voluptas Abstulerit; si me abstulerit rediviva voluptas Aspice, & asseropem, atque animo succurre labanti.

HEROIC. CARM. LIB. V. Talia dum mecum meditor; cum singula lustro Naturæ tam quæque suz certantia, quantum Ars unquam, liquidique simul potuere colores, Illa animo cura insedit , mentemque imoyata oft: Quam nardi speciem factata volumina monstrent Hanc Divam fudisse; mihi tum protinus ipse Guillandine; destit cui quondam gratia Placebi, Quod nec Phillyrides Chyron, doctusque Machaon, Nec longa annorum novit per fæcla vetustas; Occurris, dubiisque jubes sperare nitorem. Dic age, si miro hanc ipsath pletatis autore. Spargere: sic uno per te digesta theatro, Que quorumque folo herbarum fert gramina tellus, Juppiter irroret; forest levis aura Favoni. Sic tibi jam concors Pario de marmore signum Urbs statuat Patavi; & carmen subsignet Apollo.

# DIVIFRANCISCI

# I.M.A.G.I.N.E.M

# NICOLAUM GALLERIUM

IN MAJORI PATAVINA ECCLESIA

CANONICUM ्रित प्रमानुष्य के कार्य **अं**द्रिया है।

#### PENITENTIARIUM.

U,me quod studium incendit,quæ lumine mentem L Corripuere faces, dum, que pendebat imago, Galleri, tecum spectatem Musat, aut si Quid tibi dulce meum effe pote (; nunc protinus audi . Siccine, magne Pater, call memorabile numen, Os, oculosque Deo similis, pectusque serebas? O quale ingenium tabulæ fulgentia signa, Signa latus nudum, perfusaque sanguine vivo, Et geminas plantas, geminasque notantia palmas, Illevit, voluitque animum sub imagine cerni! Hic ergo, hic tantos libeat spirantis honores Asslatus meminisse, & te spectasse tuendo, Cum supplex, inter deserti confraga montis, Abruptasque inter cautes, horrentibus umbris Præ-

Heroic. Carm. Lib. V. Præclusi hinc atque hinc saltus, hominemque, Deumque In Cruce suffixum, atque alis ex igne micantem Suspiceres: nam tum subito, placidissima vitæ Celeflum cognata quies, dum sensibus hæret, Dumque Deo frueris, quina, ecce, allapía per auras Scintillante polo, & late cedentibus umbris, Sanguinei in morem fluxerunt tela cruoris; Et numero fluxere pari pia vulnera secum; Heu pietas! rubuitque tibi non una cicatrix. Quis calor, aut quæ tunc liquefacta per ossa voluptas Illabens, trepidam mortali e corpore mentem Subduxit? Sed enim superi novus incola regni, Ambrosiasque dapes, & nulli credita sensu Gaudia libabas: tanto ut dein saucius ictu Omnia consimilis, formaque illi zmulus esses, Virtutis pleno cujus cælestia greffut Servasti vivens paribus vestigia curis.

Quid vero, quid sancte, mones, dum talia monstras? Certus uti videam, an cari Genitoris amore Flagrarim, & sachi optarim promissa futuri. Atque utinam ne cæca mihi, aut non læva suisset Mens toties; cum concretas in corpore labes Consovi, rectoque volens de tramite cessi.

Te duce sed postquam mens sesse e luce maligna Eripuit, cælumque gemens avet; en, erit unquam, Alme Pater, rutilam pennis cum imitata columbana Evolet, alta petens, liceatque patentibus alte Vulneribus, dulci veluti se condere mido?

Da, precor, exhaustos postetor, Francisce, labores.
Post tot devictas pestes, faciesque malorum.
Me tecum optato, per te, considere Olympo.

IN

#### IN

# DIVOS MARITYRES

ETCONFESSORES

# ARCHIEPISC. MEDIOL.

Quorum una cum D. Simpliciani Reliquiis VI. Kal. Junii MDLXXXII. in Urbe eadem celebris facta est Translatio.

Trusti war sin man , **A**u **b**on with

# CAROLUM BORROMÆUM

### CARDINALE M.

Genus antiquum cæli, pars lecta piorum,
Magnanimi Proceres; qui jam sulgentia tecta,
Ætheriasque arces consorti pace tenetis;
Salvete, o salvete statum pia sidera cæli
Latubrici; xotus queis tandem supplicet orbis,
Emeritosque, aria posstia, testerur honores.

Quanta per immensos operum benefacta labores Innumerabilibus non deficientia seclis, Vos regno decores summo junxere parenti. Scilicet & resides populos excire colendo, Atque alacres semper sessis occurrere rebus, Vobis cura suit, vobis exempla secutis

HEROIC. CARM. LIB. V. Æterni Regis sancto pro nomine Iesu Cælesti pro spe, patriis pro legibus, omne Tormentum genus, & gravium genus omne malorum, Quæcumque horrida dici, quæcumque horrida cerni Dulce fuit perferre, atque ipsam pectore toto, Usque adeo prædulce mori, profundere vitam. Felices; qui ipsa hac spoliati luminis aura Nunc læti fulgore novo, radiisque corusci Lucis in immensæ campis flammantis Olympi, Tergeminumque Deum, radiantiaque agmina Divam Cernitis; ast & nunc decoris vestigia vestri In terris fulsere iterum melioribus annis: Nam velut, abrumpens cum se sub nocte maligna Exerit Arcturus, nimboso turbine venti Consurgunt subito, calumque & sidera nubes Eripiunt; ast illa poli convexa per alta Post hiemem effusam illucent, & Gnosia, septem Una super, surgens ardentis stella coronæ Spectatur: sic vos etiam, sic nomina vestra Post noctem ignari sæcli, post sacta tyrannûm Effera, post hiemem populorum infanda furentum Enituere; tuumque simul, pia nomina septem Simpliciane, super, manisesta in luce resulfit. O amor, o pietas! sacro veneranda sepulcro Osa, olim signanda notis calestibus, avo Hoc nostro dantur spectanda; occurrite lata Urbes, & populi, atque utroque a cardine gentes;

Hoc nostro dantur spectanda; occurrite lætæ
Urbes, & populi, atque utroque a cardine gentes;
Aspicite hæc; vosmetque aris advolvite; magni
Numinis instar inest; æterno e sole latentem
Hi lucem accipiunt cineres, nec cernitur ulli.
Mens sola hanc novit, tacita formidine postquam
Diriguere animi, & pius ima per ossa cucurrit
Sublapsus calor; aspicite, ut nigrantia monstra,
Monstra Erebi miseros hominum torquentia sensus
Expugnata metu, gemitu rapida ora satigent
Terrisico, & tenebras inimica in luce requirant.

O 4

Quippe hi lucifugi cœtus non lucis honorem.
Divinum perferre valent, quo templa Syonis
Mystica, quo Solymæ reparatam mœnibus urbem
Collustrant Divi: sed enim hi sunt lumina mundi,
Hi turres validæ, hi tunsæ mira arte columnæ.

Felix, o nimium felix Insubria! quantis Nominibus polles! te non, quod fola, tot inter Egregias orbis partes sub sole jacentes Dives opum, belleque potens exordia Regni Affectare vales, admirer; necequia valtis Attollant hine inde tuæ se molibus urbes: Sed quia tot sacros cineres tua maxima tellus Tot servata diu complectitur ossa piorum Pastorum: pro quanta Dei indulgentia! tantis Ipía ne es aucta bonis? hæc funt tua pignora, quæ te Insignemque tuam tollunt super æthera samam. Agnosce o tandem, meritos agnosce Parentes. Hi tibi namque rudes animos, & pectora vulgi Legibus ornatunt, fanctar pietatis in omnem Justitizque usum; quin hi tibi mænia quondam Dii patrii indigetes dura oblidione levarunt, Alituum oftentu. Vos jam, qui propter amœni Ticini ripas, urbes, & culta tenetis; Quique simul devecta alto vaga flumina Lari. Et Lambri bibitis, vobis solemnia quando, Pracipuique dies calo fulsere sereno. Spargite fanguineo saturatos murice flores, Delectos flores, puro certantia lacti Lilia; sic proprios quoniam exolvetis honores. En, Patres numero, longaque in veste canentes Procedunt æquati omnes, ut strata viarum Obtenta elucent flammis, festoque paratu; Utque novo passim resonant nova gaudia cantu. Quanta animis pietas ardet mortalibus! una Ecce, petunt terram summissi, ac supplice dextra Exorant veniam populi; quin lumina dulces Dant

HEROIC. CARM. LIB. V. Dant lacrymas; tacito fusis dum e pectore votis, Extructosque toros, ostroque, auroque rigentes Conversi aspiciunt : nunc o pia numina cæli, Illustres animæ, venerandaque corpora, volque Sacrati cineres; sancto si nomine vestro Tura coronatis recalent fumantia templis; Si vobis aras, veteresque novamus honores; Per vos, per qui vos tales ascripsit Olympo; Poscite jam nobis, finemque, modumque laborum Tantorum; & Latium tantis arcete periclis: Ne jam pertentans aditum, sese impia lapsa Desidiosa fides, late grassata per orbem Infinuet specie veri, aut sub imagine recti: Jam mundo, oramus, Divi, hanc avertite pestem. Tunc iterum, instaurans priscis virtutibus orbem Cana fides, meliora dabit per tempora cursum. Aurea gens surget, surget pulcherrimus ordo Sæclorum; vobisque pii reddentur honores.

Tu vero, o sanctum caput, o contermina cælo, Vis inconcussa, & summo mens cognita Patri, CAROLE; qui nobis Divûm solemnia curas Talia; qui nobis labentem restituis rem; I, sequere: atque aderit, qui etiam tua nomina sassis Perpetuis mandet, aurato concolor ostro Nosceris tandem, Divisque videberis ipsis.



# IN FUNERE

# GABRIELIS PALEOTTI

CARD. ARCHIEPISC. BONONIEN.

IN CÆLUM SUBLATI.

TN superas sedes, cælique nitentia templa L Debita jam Paleotte diu, felicibus alis Æternum repetis lætus, terrasque relinquis: Et bona, quæ toties animo, quos mente juvabat Ætherios haurire sinus, dum hæc ima teneres; Nunc oculis datur illa tuis, nunc ore tueri, Et certo sine fine frui. Hos sunera tantum, Atque sepulcrales pompas, que maxima Roma, Italaque tellus, tibi que mæstissima templis Felsina constituit, serali in lumine tristes Aspicimus, passimque notis lacrymantia saxa. Scilicet hine elegi defient; hine cammina mille Etruscis contexta modis, fiducia quanta Cesserit Ausoniz, testantur, quantaque longe Purpureo in cœtu dejecerit ora Quiritum Hic obitus tantus: tibi jam se Musa cothurno Exerit incedens, & jam meliora sonanti Intentat plectro: recolens, ut candidus olim Demissus cælo; qualis pulcherrimus ille Alipedum, summe indevicts potentia dextra, Maxima justa Der, summo in molimine rerum Exegeris, vimque ipsius prætenderis unus. Ut gravibus cum prima annis pubesceret ætas, Jura orbi, Roma in media, pulcherrima ferres. Ut, patribus magnis diverso ex orbe Tridentum Accitis, unus fueris, qui lectus ab aure Afta-

HEROIC. CARM. LIB. V. Astares, tantaque animum sub mole teneres. Quos re pro sacra, sanctis pro legibus unquam Caussando es visus te detrectasse labores? Tu, sive ingenii immensis e finibus alte" Plura tibi excutienda forent, quo pectora caca Et studiis assueta malis, & temnere Divos, Ad priscos iterum mores, arasque vocares; Sive etiam toto nutantia corda senatu Firmares scriptis, docta vel pondere linguz: Semper idem, legumque fori, cultusque sacrorum Egregius vindex; semper, qui dicta supremo E cælo peteret, poteras consultor haberi. Nunc subeunt animo exacti tot honoribus anni. Et longo exhausti senio, longoque labore, Mensque simul secunda bonis, operumque ministra Tantorum: faxis hinc tu candentibus ædem, Hinc proprias statuis sedes; hinc intima magni, Augustosque aditus templi cælestibus auges Muneribus, decorasque, sacrisque altaribus ornas. Quid tua sancta fides, tuaque officiosa voluntas? Quid pietas ipsa, & probitatis amabile nomen, Ob quæ se populi egregias accingere ad artes Certabant? non ullo unquam de pectore cedent; Aut poterunt animi expleri memorare colendo. Ite agite, o Tyrio decorati murice Patres, Quo nova jam bustum Phœnix sibi condidit ales: Aspicite & lacrymas mirræ, & redolentia nardo Balsama, & accensi Divini turis odores, Unde sibi nidum posuit, cunasque recentes; Dum veterem, nova sæcla parans, abolere senectam Discupiit; selix, o, cui virtutis odores "

Dulce mori, exuviis positis, & sæcla tulere, Longa; ubi, perpetuos vitæ renovatus in annos, Sidera celsa petit, pacisque in luce corusca Æterni Regis vultu exaturatur amato.

AD

#### A D

# HERMOLAUM ARLOTTUM JOANNIS DELPHINI

#### BRIXIÆ EPISC. VICARIUM.

Cquænam rerum, hoc magno speckanda theatro
Non sluere, ac tacito se non subducere lapsu,
Dicemus? vasta hæc immensi machina mundi,
Quæ circum ætherios axes operosa laborans,
Sidereosque globos, Lunam, Solisque meatus
Irrequieta trahit rapida vertigine secum,
Admonet: hinc etenim rerum, & mutabilis ævi
Mobilitas; redeuntque vices, annique labores.
At licet hæc passim certis non prædita formis
Corpora nunquam eadem, mentemq. & lumina sallant;
Ut tamen hæ vanæ species, simulacraque veri,
Quæ in medium erumpunt, saciesque in mille perenni
Mutantur sluxu, ac si in scena res ageretur,
Afficiunt, sensusque trahunt, animumque morantur.
Onisque sugas secuimur sensus.

Quisque suum sequimur sensum, & sua quemque tenet res;

Nescia sic vulgi turbantur pectora; & angit
Corda ignava dolor, seu quæ vesana cupido,
Sive auri malesuadus amor, sæclique voluptas
Corripuit; dum præsentum dispendia rerum,
Humanosque vident casus: hic tristia sata,
Communesque obitus destet, pecudumque, virumque;
Hic autem immodicos imbres, & slumina late
Flaventes campos suxu populasse nivali
Mæret inexpletum; intempesta ast ille pruina
Exustas vites, oleamque in collibus æstum

\_\_\_\_

HEROIC. CARM. LIB. V. Exedisse dolet; prærepti hic funera amici Prosequitur lacrymis; alius miseratur, amaro Excisas gentes, vastataque mœnia bello, Regnaque ad extremos populos, ac nomina Regum Transcripta; & nunc prisca suis vix nota ruinis. Te vero, qui cuncta animo circumspicis alto, ARLOTTE, est vis nulla potis deducere recto, Eventu vario, aut casu quassare sinistro. Quin ego jam pridem (si quid promittere possum) Aptassem luciu numeros, chordasque loquaces; Et LELI capitis tam cari, Sulpitique Fraternos obitus, deflendaque lumina Patrum, Et Patriam summis viduatam civibus urbem Flevissem; aut certe ingratum lenire dolorem Tentassem: at tu, nulla obtenta nube, sereno Jussiki vultu, studio desistere inani. Sie tue te virtus, ictus frustrata malignos, Excipit incolumem, & dulci te protegit umbra, .: Sub qua cælestis mentem sapientia pascit.

Quippe ubi forte datum, per publica commoda juris, Ut tuus, & sis, & vivas, geniumque sequare; Aurea tunc sacris placidissimus otia libris Impendis; campoque alacris spatiaris aperto.

O animi sincera quies, o gaudia certa!
Tu rerum abstractas species dum mente revolvis,
Non his absimilis, caussas ab origine prima,
Artificemque operum tantorum in nube latentem.
Ceu claro objecta in speculo pellucet imago,
Inspectas; tibi sub tenui stant omnia velo.
Et nunc quæ tibi parta quies, non indigus ultra
Ut cælum, aut quicquam, toto quod clauditur orbe,
Disquiras, priscorum afflata volumina Patrum
Evolvis; quorum capiti nunc Thracia longe,
Cappadocumque solum, & Bizantia litora, & omnis
Argivæ gentis sedes, & mænia magni
Antiochi plaudunt; hi nil mortale sonantes,

Divinas & opes, atque aurea flumina largo Effundunt haustu, & cæli secreta recludunt. Hinc simul, ambrosiasque dapes, vitalia dona, Plenaque deducto cælesti ab sede liquore Gurgite, quem leni secum vehit aureus amnis, Pocula degastas indesicientia; & ipso Usque licet libes, gustu haud saturaris amato.

Felices animi, fortunatique laborum,
Qui primum a teneris rapti virtutis amore,
Naturz nices, & que miranda videntur,
Et folum remm auctorem, Patremque tueri
Evaluere: modo spirantes dum ætheris auras,
Atque sinus pelagi, librataque pondera terræ,
Et modo convexum celum, penetraliaque alta,
Æternosque orbes, æternaque sidera secum
Mirantur, mentemque opiato lumine pascunt

Me vero, hac me tanta juvent; ante omnia queram; Hac laudem, Musis non aversatus amicis. Atque hoc quodcumque est avi, ipsa per otia degam. Non ego Sidonio mollis decumbere in ostro, Non Arabum messes, non Harmi divitis undam, Aut sastum messes, non Harmi divitis undam, Aut sastum quin rura colam, gelidisque sub umbris Optarim, quin rura colam, gelidisque sub umbris Agrestes Divos inter, silvasque silentes
Otia agam; hasce modo superas accedere partes
Evaleam selix. O qui me in litore pulchro,
Propter aquam, viridique olea, lauroque comanti
Protectum sistat, gratoque hoc munere donet.

Hic ego naturam sugientem, indagine certa, Sectarer meditans; Protei non impiger ausim In secreta senis tacitum me immittere, & ipsum Correptum penisus luctantem, & multa volentem Fallere, nequicquam, manibus, vinclisque tenerem: Tum vero in numerum, nostros, quecumque lacessunt, Et seriunt sensus spectra, & primordia rerum, Et caussam expediens aperiret; tum vaga cursu

Side-

HEROIC. CARM. LIB. V. 223 Sidera, & ardentes diversis partibus ignes, Cepheaque, Icariumque Canem, Cressamque coronamos Hædorumque dies, & summa arcana doceret. Omnia, quæ mecum, tua dum vestigia servo, Quantum sufficiunt animi, oti, ac luminis impos Eruere intento, atque his montem excire tenebris; Dum surgens prona descendit Aquarius Urna; Litus & Olliacum majori perstrepit amne.

I N V A N A

MORTALIUM

S T U D I A HOLD

A D

# AURELIUM PORTULAÇAM

PATR. BRIX.

Ua virides stringunt labentia slumina ripas,
Vicinæque sonant silvæ; tremulasque susurri
Aurarum sinuant frondes; quaque alma colorat
Terra solum bibulis gaudens humescere rivis;
Hic ego gramineis stratis, sub mollibus umbris
Solus, & instexo cubito languentia nixus
Tempora, desidias hominum, & sugientia vitæ
Dona brevis lustu mecum miserabar inani.
Infelix mortale genus, propriæque salutis

Immemor: heu læsi quænam te numinis iræ
Exercent? pænis inimica piacula solvis.
En, cæli portenta serunt, longasque minantur
Ærumnas, casusque graves, tristesque ruinas,
Nec dum animos revocas: donec morboque, sameque
Consectum, terram multo cum sanguine turpes.
Scilicet in vetitum ruimus nullo ordine; nullus
Nequisiæ sinis; nullis absistimus auss.

Nunc furiis agit in præceps Cythereius ardor,
Quo facris inhiet thalamis, castoque cubili;
Dum sceleratus amor miseræ mala gaudia vitæ
Quærit inexpletum, nec certa sede quiescit.

Hic alius leni perfusus tempora nardo, Pictus acu clamydem, trabeaque insignis, & auro, Cui flores tantum, & largo rorantia Baccho Pocula sunt cordi, lautisque accumbere mensis; Indulget choreis, residesque esseminat annos; Argutum dum tangit ebur, dum carmina cantans Deliciis fruitur, mollique per otia luxu.

At contra, hic lituos audire, & milite campos Spectare armatos gaudet, strepitumque ciere:
Dumque acri sublatus equo spectandus in armis Infanit medios sese moriturus in hostes
Mittere, deserta extremum procumbit arena.

Quid qui per duras hiemes, per frigora dura Horrida lustra petit, silvas saltusque satigat? Nunc canibus leporem, nunc cursu præpete cervum Sollicitat: sugiunt anni; sed tempus in omne Venandi sola cura, studioque tenetur.

Nec qui pauperiem sugit, aut qui vivere honesto Nescit, dissimilis labor est: dum navita ventis, Et pelago, fragilique rati male credit acerbam Mercator vitam: quærit maria omnia lustrans Venales merces, & servatura jugalem Casta marita torum longo consumitur ævo; Et metuit natos caro sine patre relinqui.

225 Impius ille sui, sanctique oblitus amoris Prosequitur longos tractus terræque, marisque.

Hunc auri maleluada fames, & dira cupido Excruciat: cumulantur opes; at facra petendi, Cogendique sitis nequit expleri; omnia quærit Fraudibus invigilans; lucrique cupidine fervens Inventis parcit, tenebris male parta reponens Infelix; semperque animi formidine torpet. Ille domos æquare polo laquearibus aureis Fundamenta locans alieni prodigus æris Intentat; gestitque operosa insurgere tecta, Et varios inhiai titulis splendescere postes; Tantus amor vanz laudis: sic cacus honores Humanos ambit: populis dare jura superbit Oblitus, generisque sui, mortisque futuræ.

Quid memorem infernas peltes, immania monstra Impetiisse malis terras? namque ore cruento Vipeream afflavere animam, & furiale venenum, Unde tot undantes infandis cædibus iræ

Grassantur; tetrumque fovent sub pectore virus. Ille fidem fimulare dolis accommoda fraudi Ora gerens didicit; premit alto corde minaces. Infensosque odiis sensus; vultumque serenat.

Invidiæ hic stimulis agitur; rebusque secundis Anxius horrendum fremit; & disrumpitur imo Pectore, luminibus longum liventibus hærens.

Eheu, quis scelerum factes, atque impia facta Enumerare valet? ceu si, quos turbidus auster Summoveat fluctus, numero comprendere tentet, Æquora cum quatit, aut Lybicis luctatur arenis.

Quisque suo excutimur cursu, cæcisque tenebris Erramus; fontes stygiis allabimur oris: Nec meminisse juvat cæli, vitæque perennis, Quam pater omnipotens patrio devinctus amore Objecit, voluitque suis consistere regnis. Nonne, cheu pietas! pendentem e stipite natum Iple

M. Pub. FONTANE Ipse dedit, nostras ut suso sanguine labes Eluat? illum unum exanguem spectemus Iesum. Perfossasque manus, nudataque pectora cælo Pandentem; & clavo vestigia fixa tenentem. Spectemus diro trajectas vulnere costas, Fædatasque genas, sædataque membra cruore. Atque caput lacerum crudeliter ostentantem. At miseri, heu nimium, spreta pietate parentis, Et rerum ignari, tanto nec munere digni, Obtusosque oculos, surdasque avertimus aures: Nec dum animis trepidare datur; nec sæva timere, Que jam instant tormenta atri Phlegethontis ad undam; Quin mage desueti mansuescere corde ferino, Adjicimus sceleri scelus; & properamus iniquis Quisque sibi æternam manibus consciscere mortem. Hæc anime dum forte gemens meditabar amaro, AURELI, dubiis qui olim data lintea ventis Intendens, vada tuta secas felicibus auris; En rosa, quæ lætum calathi pandebat honorem Consenuit; tegitur languenti murice tellus: Et quas stare modo rebar, jam sole tepenti Diffugere leves plantis humentibus umbræ.

Libri Quinti Finis.



# M. PUBLII. FONTANÆ

#### PASTORALIUM CARMINUM

LIBER.

4次第9

#### ECLOGA AMARYLLIS

A D

# PAULUM TEGIUM,

ASECRETIS

JACOBI BONCOMPAGNI TUNC GENERALIS S. R. E. GUBERNATORIS, NUNC SORÆ DUCIS.

AMINTAS, DAMON.

Iquerat insano, Damon, Amaryllida luctu, Qua rivis delapsa crepant Aniena fluenta; Liquerat illacrymans Nymham, Laurentiaque arva, Flavus ubi Tiberinus aquis sublimia Romæ Tecta serit, dulcemque secans interluit Urbem, 228 M. Pub. Fontanæ
Et Patrias impos vocis remearat ad oras;
Nunc folus secum, stagnantum ad murmur aquarum,
Sebini depressis in convallibus errans
Infelix se se cura torquebat inani.
Hunc non ipsa parens, Divûm genus, Ollias Andis,
Hunc nullæ Olliadum nitidæ mulsere sorores;
Attamen insignis calamis, & carmine pastor
(Siqua suis modo erant animi solatia rebus)
Tantum inter silvas, vultum dejectus, ad amnem
Maternum, pulsis gregibus, custode relicto,
Lenibat curas cantu, ut tum sorte solebat,
Cum super ante alios, veniens sibi carus Amyntas
Ipsum ultro verbis sic compellavit amicis.

Amy. Mirabar sub prima novi hæc orientia Solis Lumina, vernantes quid tantum Amaryllida silvæ, Atque insueta procul nobis arbusta sonarent: Quippe suis mentita sonum me vocibus echo Incautum lusit, per devia vana sequentem. Nunc mihi visus ades Damon; at quis novus ignis Corde sedet? nusquam hi saltus, hæc litora nusquam, Declivi qua saxa petens strepit Ollius unda, Ullius sic dulce cavis sonuere cicutis. En astant tanto percussa hoc nomine; sed da Ista tuo, quæ sit, Damon, Amaryllis, Amyntæ.

Dam. Huc concede prius, qua se mollissima nobis Gramina summittunt, tellusque tepentibus auris Gaudet hians, laxata sinum pubentibus herbis.

Amy. Scilicet obriguere diu jam pascua diro Stricta gelu, terræ satis incubuere pruinæ; Ut juvat ætherios, gelido sub mane, tepores Excipere hic, ubi lenta salix sluvialibus alnis Procubat, inque suos meditari carmina amores.

Dam. Multa super populis, Divûm super ædibus, ut scis.

Multa via super urbes, & quæ plurima vidi Ausonio sundata solo, Romanaque culta

Rettu-

Pastoral. Carm. Liber. 229
Rettuli, & illa libens, cum circumfusa juventus
Adventu lætata meo, me plura rogaret.
At non illa tamen, pectus quæ maxima semper
Cura meum tangit, quæ me illuc prima volentem
Appulit, instabiles nostro umquam ex ore sub auras
Proditt; at tacito mentem sub pectore pussat;
Nunc liceat tecum curas partirier omnes.

Amy. Sic te magna Palesamet, & tua vota secundent Indigenes Nymphæ; sic semper Parrhasius Pan Lanigerum quæcumque pecus contagia lædunt, Avertat, crescatque tuarum in præmia laudum Mollis honos lauri, & claro te nomine ditet: Dic age; pascentes agnos Isæus Amylcon Una cum vigili nobis observat Oronte.

Dam. Ut primum viguit juvenili in corpore sensus Naturæ, quæ cuique potens est indita virtus, Vi cæli, ut perhibent, mi animum succendit, ut ardens Rerum scrutarer, seriem, & primordia, & ipsa, Qua me, qua genus omne bovumq. oviumque juvarent. Sic mores hominum observans. & dicta priorum Flagrabam, & mecum studio haud luctabar inani; Nam tenui ceræ junctis compage cicutis Desilientis aquæ ad strepitum, in convallibus imis Tentabam rudibus calamos percurrere labris. Post, ausus famæ caros attingere honores, (Nam nostris silvis modulari digna videbar) Incepi cantu loca cuncta lacessere; & ipsi Pastores, magna circum spectante corona, Sæpe mihi plausere, licet non credulus illis; Attamen ex illo gaudens audentior ibam. Hinc me Nais amans, pulchro quam flumine Mella Progenuit, me prima suis affecit ocellis, Phyllis & exceptum gremio per florida prata, Per virides saltus, subter vocalibus antris Edocuit, cum Dis merito de more litandum, Quæ superis, quæque indigenis sunt sacra serenda. Quos

M. Pub. Fontane Ouos autem per celfa poli sub nocte serena Errantes ignes toties miramur, & unde Perpetuent mundi genitalia semina rerum, Vix digito monstravit, vix summo attigit ore. Jamque hæc de gustu noram, cum Phyllidis ulnis. Abripior mœrens: cunctanti, & multa querenti, Tandem summa gregis numerosi tradita cura est. Nunquam certa quies studio: nam plurima morbi Segnities pecori nullis medicabilis herbis Incubat: & proprios in se, cum volvitur annus, Secum quisque mali eventus rapit. O ego tantum Per ternos, ubi dulce fonant Amaryllida filvæ, Anni versarer casus: vos o mihi Divi Este boni; arreptumque illas me sistite ad oras. Illic omnigenas inter pulcherrima Nymphas Illa Amaryllis agit felici sidere vitam: Illic devexis se in flexibus Apennini Intonsi colles facili demittere clivo Gaudent: hanc horti Cytrii, umbriferæ Cyparissi, Et fontes sacri, & sluvio Tiberinus amœno, Corniger Hesperidum ipse pater veneratur aquarum. Illic veris honos, & formolissimus annus Alterno sub sole nitet; nova pabula carpunt Undique mammolis teneri cum matribus hœdi. Mille greges pendere, & mille errare videres, Dum florem cythisi tondent, dum molle salictum. Hincque sub objectu nemorum, quo plurima pinus Frondescit, circumque ingentes explicat umbras, Colludunt juvenumque chori, pecudumque magistri; Et disco certant, & Musæ præmia dicunt. Tunc juga summa procul geminant, tunc confraga dessis Arboribus dumeta sonant Amarylli Amarylli. At cujus cuncti imperiis pia justa capessunt, Quemque Deo similem testantur, maximus Almon, Almon pastorum senior; cui creditur uni Præsentes adhibere manus, genus omne malorum

PASTORAL. CARM. LIBER. 231

Divino affatu, divinaque arte levare; Curat facra Deam, mores, & templa tuetur; Componitque animos, & certa lege gubernat. Filius huic rerum prudens felicibus annis, Quem matres, quem mille fibi cupiere puellæ, (Ipse licet succensus amore Theantidis, illam Maluerit sociam magnis dignare hymenæis) Ipsum adii supplex, se velle mihi omnia; nostro Hæc Lycidæ curanda damus, præstabitur, inquit. At quo me grato Lycidas sermone levabat! Consistes, nonnulla potest si gratia, Damon.

Tunc licuit spectare casas, & pinguia late Pascua mirari, gelidos lustrare recessus, Templa antiqua, quibus raris labrusca racemis Hærebat proprio expandens velamina cultu. Interea mihi visa cavo est Amaryllis in antro. Ut vidi, ut stupui, ut captus lumine, dixi, Numen adest, non hæc formæ mortalis imago: Tum tremulus cecidi riguis revolutus in herbis: Sunt coryli testes, & sacræ ad litora lymphæ Umbrosæ platani, quæ me videre jacentem Stare velut toto sopitum corpore somno. Nunc meus ipse mihi non sum, totum me habet illa. Illam ego nunc patrii liquidas prope gurgitis undas, Illam his in pratis, nostris in vallibus illam Effingo. & caros vultus super omnia duco. Ex illo Chlorin gracili cum Phyllide semper Posthabui: quantum vernis spineta rosetis, Purpureo quantum violæ cedunt amarantho; Jure illi tantum cedit cum Chloride Phyllis. Nunc dubia teneor spe; attrito remige solus Nitor in adversum flumen; jam lassa remitto Brachia; jam fragilis rapitur prono amne phaselus.

Amy. Siccine te suavi tenuit spes maxima cura Pieridum te posse jugis, qua rara videtur Semita, jam sisti, varioque e store decora P A PraPrata per insignem capiti affectare coronam?

Non equide hoc culpem: miror mage te omnibus unum
Viribus haud potuisse tuis, studiove tuorum
Non magna orantem obstantes perrumpere caussas.
Quid si aliter visum Superis, Panique, Palique,
Dis ipsis patriis, sua sunt quis pignora cordi?
Ignaræ menti bene consuluisse fatendum est:
Certe equidem absentem rauco te murmure sontes,
Te clivi circum, te mæsta arbusta vocabant.

Hic agedum, requiesce animo; jam assuesce rogari; Sat vidisse suit: quod si non talia nobis, Nec ver jucundum desit, nec frugiser annus, Cur demissa cadens ludit tua sissula collo? Si quid habes; immo quodcumque tibi interrupi Assumas, iterare tuum ne despice carmen, Et circum tibi muta silent, & litora, & auræ.

Dam. Infelix Damon, ergo ludibria venti
Assument per inane sibi tua vota? manebis,
Quo sortuna solo duro te compede vinxit?
Sed maneamus, erit cur jam miserabile carmen
Disperdas Damon, & tristi voce satiges
Et nemora, & valles. Audite ubi quaque Dearum
Numina, seu silvas, vitreum seu sluminis amnem
Incolitis; statuo ipse choris Amaryllida vestris.
Hic illam semper posthac communibus aris,
Illam communi semper venerabor honore.
At qua discedens slevi, cum storea Tempe
Invitus liqui, lacrymis qua affatus obortis,
Accipite, & longum vestris iterate sub antris.
Siderei sentam calestia pignora, colles

Siderei, septem cælestia pignora, colles, Formosi colles, & culti in collibus horti, Ille aptus calamis, silvis notissimus ipsis, Sebini slos, Cleriadum decus, Olligena ille Et Phæbo, & Musis carus, nunc numine, Damon, Perculsus vestro, vix tantum slebile corpus, Digreditur; vobis animam, sensumque relinquit.

PASTORAL. CARM. LIBER. Æstivis prope sontis aquam mihi dulcior umbris Nobilior violis, vernanti mollior attra, Pulchra Amarylli, anima multo mihi carior ipfa, Numquam ego, numquam ne hoc aspectu perfruar? eheu Divellor, ceu mala acido pubentia fucco, Agresti præcerpta manu; o ubi sessa reponam Membra dolens, implumis avis, fine compare turtur? Pastores ovium glaucis sub tegmine baccis, Tibri pater, Tiberine pater, qui mille fluenta Amne regis, dum Thusca vagis amplexibus ornas Pascua læta, valete; vale placidissima sedes, Cui Divam superas pater ipse haud præserat arces; Ibo ego deserti tuguri sub vilia ruris Culmina, tot miseris monstrorum infesta rapinis. Sed seu me, qua se numeroso sidere condit Circumtecta caput nox; seu me torrida semper Distineat plaga sole rubens; dum lumina cæli Ardebunt, dum terra suis se vestiet herbis; Vester honos semper, memorique in pectore nomen Vivent, o Amarylli; & vos, o vos, mihi Divi Siderei, septem cælestia pignora colles, Formosi colles, & eulti in collibus horti. Amy. Blandus ut arenti zephyrus submurmurat æstu, Dum vaga litoreis mœrens Philomela sub umbris Detractos queritur fetus; tua fistula sic mi Condita Pierio conspirat carmina cantu. Verum age, surgamus, medio sol æthere servet; Ipiæ etiam pecudes hinc inde umbracula quærunt. Hæc illi, quæ Paule tibi deducta notavi, Hic mecum ad virides ripas, qua litore dextro Cherius Olliacis gelidus confunditur undis. Dum tu Romulei secreta Principis ora Aure foves, cum alto denudat pectore, quanta Conciliet, dum castra fremunt, dum regna labascunt. Quamvis semper erunt, cupiant qui dicere laudes, Paule, tuas; hæc siqua tamen per tempora vivent, 234 M. Pus. FONTANE
Te pastor sub vere novo, te messor in agris,
Paule canet; repetent nostræ te ad litora silvæ.

#### 

## ECLOGA DAPHNIS,

#### SIVE

#### JOANNES ANTONIUS TAYGETUS

#### A D

## HIEREMIAM FREDUM.

Ale tui nobis carmen, mi FREDE, Menalez, Quale zgro pecori cythisus, sive arbutus hædis; Quale jubar solis tepidi, cum sorte gravatur. Imbre diu vernis in pratis purpureus slos. Nec malim dulces Philomelæ audire querelas, Halcionumve, cavo cum nidum in litore ponunt; Quamvis se nullo tantum Thetisalite jactet. At tibi Mænalii saltus, & lustra Licæi Arrident. Siculæ quantum ipsa Arethusa cicutæ Debet, arenoso tantum tibi slumine Mella.

Verum & tu, Lycidas quas fudit ad æthera voces, Quasque dedit lacrymas summo silvarum ululatu, Exanguem ut vidit Daphnin, moribundaque membra, Ollius effusis campos ubi stringit habenis, Accipe: miratus sæpe est hæc ipse Palæmon.

Tu ne igitur, tu Daphni jaces? te lumine cassum Conspicio, terris miserandum, & slebile corpus? Siccine depresso oculos, & frigida leto Ora tenes? sic turbatos sine lege capillos?

Quo

Quo decor ille abiit vultus? quo forma juventa? Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

O dolor, o lamenta! miser quas nunc dabo voces? Quos gemitus? quos rumpam imo de pectore luctus? Quidve querar primum? exanimem te, me ne relictum? Aut simul exanimem lacrymer te, meque relictum?

Incipite Olliades questus, iterate, Camcena.

Qui fontes, aut quæ gelido nunc filva recessu. Vos habet alta, Deæ Aonides, genus ab Jove summo? Huc bonæ adeste simul mihi, seu vos Thessala Tempe; Seu juga suma tenent Cynthi; aut Heliconis ad umbram Lauriseros dulci mulcetis pectine lucos; En Daphnin, sociæ quem nutrivistis in antris Pieriis, vestræque manus in sonte lavabant, Adversis fatis properata morte jacentem. Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

Hic mecum tunsæ geminis ter pectora palmis Lugete extinctum Daphnin; fidibusque solutis, Nil nisi triste sonent cytharæ, calamique Thaliæ Dent cantus incompositos, seralia dicant. Incipite Olliades questus, iterate, Camænæ.

Heu, foccique jacent vacui, grandesque cothurni Dulcis Calliope, jam tum quos ipsa pararas, Cum libuit monstrasse pedo huic te pone sequenti Secretos lucos Parnassi, atque abdita Pindi. Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

Qui jam, Daphni, specus, qui sontes, quive recessus, Quique aditus Heliconis te latuere silentes? Ipse suas artes docuit te magnus Apollo, Te blandos vocis numeros, signantiaque astra, Et claros soles, tempestatesque suturas; Te dedit occultas morborum noscere caussas, Herbarum medicas vires, usumque medendi, Cum turpis tentat scabies pecus; aut mala febris Ossa quatit; maciesque imos depascitur artus. Incipite Olliades questus, iterate, Camoena.

M. Pub. Fontane

Nam quoties miseranda lues, & dira veneno Aeris omne genus pecudum contagia vulgo Corriperent, vivosque lacus, & pabula circum Foedarent, susceptus per prata jacerent; Tu multa passim stipula, per rura, per agros, Aut certis herbis, succensis undique slammis Ambrosiam sundens purgabas aera: pagi Sic cuncti longe, sic rura insignia, & urbes Obstupuere tuum notum usque ad sidera nomen. Incipite Olliades questus, iterate, Camoena.

Nunc ubi tot studia, atque artes? quo lapsa refugit Gloria? quo decus, & viduati præmia ruris? Lugeat & desertus ager, desertaque prata, Et silvæ, & nemora, & valles; atque ipsa querantur Flumina, quadrupedesque seræ, aeriæque volucres. Huc bisidis illuc pedibus cava signa relinquens Impleat impasto mugitu bucula campos. Ipse aries, ipsæ & pecudes, simæque capellæ Sponte sua tristes diversa in parte vagentur. Incipite Olliades questus, iterate, Camænæ.

Ad gemitum coeant Nymphæ; & clamore supini Responsent colles, latebrosaque saxa resultent; Nympharumque timor Satyri, per devia quæque, Et per inaccessa nimboso vertice rupes Multa gemant, Daphnique sonet plangoribus æther.

Incipite Olliades questus, iterate, Camcenæ.

PASTORAL. CARM. LIBER. At te quæ lacrymæ, quem te Lycida lamenta Longa manent? tandem curarum victus ab æstu Absumar lacrymis; vigor, & tenuabitur omnis; Quippe fluam in tenue fluvium; mea mebra liquescent. Ipiæ hæ jam lacrymæ testantur, deferar amne Labenti, & Daphnin resonabunt undique ripz; Ceu Siculus Galateam Acis, dum gurgite ab imo Et molem, & scopulum superat surgentibus undis: Ah! molli Divæ complexu dum frueretur, Ecce furens animis immani corpore Cyclops, Ah puer infelix! ut clamat territus heu heu, O fer opem Galatea mihi; ut silice obruitur jam! Ut saxo prorumpit aqua; ut simul exit arundo; Ut bina impubi jam tollit cornua vultu. Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

Heu, Daphni haud tecum posthac in litore somnos Æstivos carpam, trepidant dum murmure lymphæ Inque greges unum compulsi gramina tondent. Non dabitur paribus tecum vestigia curis Figere, non tardos cantando fallere soles; Populeisve solum dapibus cereale sub umbris Sternere & agrestes ad pocula poscere Divos; Dum variæ nobis volucres, circumque, supraque Dulce satis tenui ore sonant, aurasque fatigant. Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

Usque aderis nunc umbra mihi, nunc reddita miris Vana modis sensum torpentem ludet imago. Incipite Olliades questus, iterate, Camœnæ.

Tantum languenti per dira infomnia nocte

Me miserum, quæ terra mihi nunc ima dehiscat, Ut ferar Elysias, Leten transvectus, ad oras; Magnus ubi æqualis vatum chorus agmine læto Te circumfusi Daphnin comitantur euntem? Ipse tibi halantes vario de store corollas Colligerem, violis mixtas pallentibus algas, Candenti mea cura soret variare ligustro.

Inci-

238 M. Pub. FONTANE

Incipite Olliades questus, iterate, Camænæ.
Quod si forte magis tandem tua lumina cælo
Debita, jam terras sunt aspernata jacentes;
Teque novum Sidus docti sectatus honores
Chironis meritos (namque ipse & Apollinis artes,
Et silvas coluit) convexo subdis Olympo,
Qua tibi, pulchra locum claros mirata labores,
TAYGETE, septem sulgentes Pleiadas inter,
Delegit, similem ut sibi consociaret honorem.
Tu nobis numen, tu læti tempora veris
Monstrabis; slorum, & teneri tu graminis auctor,
Ventorumque potens eris, & moderator aquarum.
Desinite Olliades, questus cohibete, Camænæ.

En tibi jam tumulum juxta, quo condimus umbram, Atque ipsum, quod parte tui a meliore solutum est, Ponemus stratas multis e frondibus aras; Et dabimus pia tura focis, & pocula lacte; Et læto circum spumabunt munere Bacchi. Cumque sinum laxabit humus, cum gleba liquescet Nexa gelu, tepidis zephyri motantibus auris; Jamque magis passim audebunt se credere tuto Semina tecta novas in grati luminis auras; Lanigerosque greges ad pabula nota vocabunt: Non ante hibernis emissi ab ovilibus herbas Attingent, quam sacra tuas cadat hostia ad aras. Tune nocuas umbras, & quiequid fascinat agnos, Et cæli triste augurium, dirosque cometas Arcebis: jamque assuesces in vota vocari; Et tecum votis assuescent rura pacisci. Desinite Olliades, questus cohibete, Camœnæ.

Hic tibi Cheriades Nymphæ, Olliadesque vicissim, Mollibus in morem sparsis per colla capillis, Solemnes miscent choreas, & carmine digno; Carmine, quo Cypris miserum lugebat Adonem, Quo Proteus magni deslebat sunera Achyllis, Et canæ Thetidis luctus lenibat amaros.

Te-

PASTORAL. CARM. LIBER. 239
Teque, tuasque ferent laudes, & justa novabunt.
Desinite Olliades, questus cohibete, Camœnæ.

Tum virides campos, & prata nitentia flore, Quæque bibunt passim liquidos violaria sontes, Lustrabunt; laurique implexis fronde corollis Narcissum, atque crocum, serrugineum que hvacinthum, Immixtasque rosis violas, & lilia texent. Hinc aris circum sacris, moestoque sepulcro, Pendebunt vario redolentia serta decore. Desinite Olliades, questus cohibete, Camoenæ.

At pater ipse lacu numen stagnator aquarum Sebinus, cui mille, cavo sub fornice testi, Carbaseo incinctæ famulantur stamine Nymphæ, Annuet his; simul ipse trahens ab origine nomen Illius, æterno tutabitur Ollius amne Litus, ubi tumulus supereminet aggere; & undas Comprimet, & pingui humestabit slumine quercus; Quæque notas salices inscriptas cortice servant Daphnidis, & gemino crescentes carmine laudes. Desinite Olliades, questus cohibete, Camænæ.

Salve ruris honos Daphni, o jucunde Deorum; Salve magne iterum Latiæ moderator avenæ. Sis bonus o dexterque tuis; pede nostra secundo Pascua adi, amissum longe clamantia Daphnin; Tu gelidos sontes, tenerum tu sussice gramen; Tu gregibus pestem, & sævas averte rapinas; Tu nobis Satyros, & magnum Pana Licæi Concilia; tu Næiadas, sacilesque Napæas; Hæcque tuo præsens jam certo numine sirma.

ولايها ولايها

ECLO-

## ECLOGA DAMON

#### A D

### MARINUM BENINCAMPIUM.

TUnc agite o Divam soboles pulcherrima, Nimphæ. CHERIADES Nymphæ, gelidum quæ fluminis alveum Incolitis, vicina simul quæ prata choreis Lustratis, quæ cum biforem dat tibia cantum, Pastorum tacitæ querulos auditis amores; Nunc agite o viridi mecum considite in herba; Damonisque graves mecum memorate querelas: Qui longe absentem silvestri carmine Daphnin, Dum quereretur, glauco qua fluit Ollius amne Accurrere ferz; durzque cacumina quereus Motarunt; fuit herbarum grex immemor omnis. Tu, mihi quem Genii jura, & vis candida morum Conciliant, firmaque tenent compage revinctum, Dum studiis munire viam contendis Olympo, Macte MARINE tuis, non dedignare Camoenis Ultro animum, & facilem acclinare agrestibus aurem.

Florea deciduis rorabant gramina guttis, Jamque aurora polo primos afflarat honores; Cum Damon subter muscosi fornicis antrum Prospectans late campos, atque agmina aquarum, Hac morrens animo secum dessevit amaro.

Quo te pastorum, quo te lepidissime Daphni Delitiz Musarum, vis czili aspera adegit? Quis rapuit mihi te? quz te dulcissime Daphni, Pastorum Daphni omne decus, rurisque volugtas, Daphni gregis nivei custos, niveusque magister, Tristia justa Deum satis egere volentem Vertice saxoso aerias superare minantes.
Alpes, Piceni ut sieres novus accola campi,
Celsa ubi Palladiis tollit se collibus Ancon,
Ancon Adriacis obnoxia sluctibus? ergo
Te sine Daphni dies hæc inter pascua longos
Has inter salices, atque hæc ad slumina ducam?
Ah miser! xterno jam jam dent clauders somno
Lumina sata mihi, aut duris in cautibus atra
Semper ubi serpens, nec non genus omne serarum
Delitet, exanguem jubeant me vivere vitam.

Qued si dura magis glacialis frigora Rheni Per subjecta procul Scythicis aquilonibus errem, Horrida ubi glacies riget, & densissimus imber, Extremum aut quæram orbem, ubi semper dira silet nox,

Et mihi neglecta densentur luce tenebræ?

Nam quid ego extremos vită sine Daphnide in annos Exoptem? quæ nam ulla moror jam gaudia? curæ Non mihi balantum per læti graminis herbam Lanigeros spectare greges, non membra sopore Ad ripas rauci trepidantis murmure rivi Acclinare, juvant non auræ sibila lenis, Arguti aut volucrum cantus, non pinguia culta, Non segetes slavæ, gravida aut propagine vites.

Nec libet obductos apponere piscibus hamos, Non avibus pedicas, lento aut lita vimina visco, Nexilibusve plagis aditus ambire viarum; Dum mihi sponte Lacon rapidus, dum vividus Umber Latratu acclamat mediis in saltibus apros. Sordent rura mihi, atque ipsa oblectamina ruris; Nil dulce est sine te misero mihi, nilve decorum.

Aspice ut errantes musent sine duce capellæ, Pro viridi cythiso, tenera pro fronde salicti, Horrenti paliuro, & acuta carice pastæ. Ut rerum speciem mutarunt undique formæ: Ut stratæ languent jam quæque sub arbore frondes; Ut squallescit ager; prata ut sine slore senescunt;

M. Pub. Fontanz

Utque pedem liquidum decursu lympha repressi Fluviorum, proprioque latens se siumine mersit. Nusquam cultus honos: canent pro rore pruinz; Dedalz apes torpent crudeli tabe cadentes; Vimineisque same ignavz cunctantur in antris.

Daphni abitus sensisse tuos quis cuncta negarit Cumi gemitu Daphnin silvæ, & valles fremuere; Et questus colles iterarunt; faxaque longe, Atque antra, atque cavæ penitus gemuere cavernæ. Convenere ululæ ad sletum, longævaque cornix; Compare cumque sua turtur, raucusque palæmbus Arentes inter frondes junxere querelas. Auditi informes summis in montibus ursi, Nocturnique lupi alta tenentes lustra ululasse.

Infelix Damon, tu deserta hæc loca solus Incolis, & lacrymans studio tabescis inani:
Non secus amissa si quando matre vagatur,
Morsu avido dum vellit ovis de cespite gramen,
Balatu pavitans tremulo per devia quæque
Implorat matrem, & gemitu circum omnia complet;
Atque horret virides, herbas oblita, lacertos.
Ecquis erit blanda qui ludat arundine carmen,
Teque, gregemque tuum dictis soletur. amicis?
Nunc circum silet omne nemus, vallesque profundæ;
Et taciturna premunt horrore silentia campos.

Hinc cessere bonæ silvestria numina Nymphæ, Hinc Pan, alma Pales ovium custodia sacra: Nec viridi tyrso tigres agitare jugales Bacchus amat, generosa agris sua munera sundens. Annua non quisquam celebrat solemnia Divis: Non tepido reserunt spumantia cymbia lacte Ante aras, Cereremve socis aut tura ministrant Pastores; stipulæ aut accensis sascibus ignem Transsiliunt saltu, & votiva Palilia solvunt; Cæditur aut de more caper villosus Iaccho; Non buxus, non æra cient Triesterica, plenas, Dum

Dum pateras inter colludit læta juventus. Heu animi fidens objecta pericula folus, Me sine Daphni subis: tantos ne te adire labores Non piguit? te non Hyades, non fævus Orion, Dum rotat infestum mediis in nubibus ensem, Mille hominumve doli non mostra latentia saxo Detinuere? tibi & misero ah sic parcis ovili? Ah Damon infelix, quid cum Daphnis abiret? Cum Damon dilecte vale, mœstissimus inquit, Quid contra potuisti? magno non via voci, Tunc laxata dolore fuit; sed lumina obortis, Dum rorant lacrymis, dum pectus fluctuat imo Singultu; aëreis de collibus admiratæ Mugitus longos mœsto ore dedere juvencæ; Et flerunt molles pavidis cum matribus agni: Flebat & ille; udis ter retro aspexit ocellis. Ibat pelle humeros latos protectus ad ora, Eui circum nivei pendebant undique villi; Cernere erat, capreæ ut pellis detracta fugaci Pectus, & ut gemina alte operiret crura cothurnus; Juniperique pedum regeret vestigia: qualis Pastor in apricis errabat montibus Idæ Dardanus; aut qualis cum pulsus ab æthere Apollo Amphrysi niveos tauros ad flumina pavit; Aut mage cum gestans præfixa cuspide telum Formosam canibus Cyprum lustraret Adonis. Omnes Alpicolæ Fauni, Satyrique bicornes, Annofæque orni, & cautes rigidæ obstupuere; Dum teneras ageret pecudes per inospita saxa, Pesque tener densis premeret loca senta rubetis.

Affuit Idalio properans e monte Dione, Contussique manu duplici de gramine succis Ambrosiæ beneolentis odoriseræ, & panaceæ Illius os, slavamque comam, corpusque decoruma Conspersit; ne sorte gravi sol igneus æstu Vreret; intensusque labor ne frangeret artus.

M. Pub. FONTANE Vade age Daphni Desim o tandem justissima euta. Auspiciis quo læta trahunt te fata secundis. Te decus, & te certa diu promissa moratur Gloria: namque caput fortunatissimus unus, Inter & æquales, interque ad sidera vectos Extolles, quantum se inter virgulta cupressi. Aut inter corylos saxosis montibus orni. Pascua magna tibi amplexu spectanda marino Florebuot; culti pubescent quam bene campi. Mille greges ovium, tum mille errare videbis Tarda armēta bovum;& cum claudet vesper Olympum, Ad tua convenient ultro mulctralia: contra Ipse tui misere desiderio tabescens, Non ah posthac fragranti resupinus in herba, Aut in muscoso resonæ testudinis antro, Silvestres Divum cultus, aut Phyllida amata, Hoc nemus, hos colles calamis resonare docebo.

Daphnis abest; & cara abduxit Phyllida Thyrsis; Quid faciam? aut quid jam superest? cantabitis ipsi Pastores: qua Mella vagis perlabitur undis: Vobis namque datum est, vobis Deus otia secit; Sic Musis placitum: vester novus ipse Menalcas Insert se cælo tenui jam clarus avena. Me teneant rupes, me vepribus horrida tantum, Me nigræ convalles, me spelæa serarum, Absumar dor ec labenti inglorius ævo.

At vos Iliades præsentia numina Nymphæ, Etsi quid nostris in silvis numinis usque est, Hoc mi pro pietate mea concedite saltem, Muneribus si vestra piis projectus ad aras Saera libens colui, vosque in mea vota vocavi; Ante diem extremum videam mea gaudia Daphnin; Aut ubi cæruleis curvatur sluctibus Ancon, Aut Thyrrenus ubi Romana palatia lambit Tibris: tunc o post mea molliter ossa quiescant, Cum dabitur misero tandem optata ora tueri

PRSTORAL. CARM. LIBER. 245
Daphni tua, & simul ore loqui, atque audire loquentem
Interea haud nostri pigeat meminisse doloris:
Sæpe animo occurrat Damonis trissi imago;
Quem, seu nox tenebras, seu lucem portat Eous,
Lugentem nox, lugentem miratur Eous.
Nostro quippe tuos absterget pectore vultus
Nulla dies unquam, teque ipsa in luce suprema
Vox Daphnin languens, anima sugiente vocabit.
Sic Damon: at pulso ulularunt vertice colles
Ollius has summo miratus mane querelas,
Ut forte & cubito ripis hærebat, & urnæ,
Taurinos vultus liquentibus extulit undis,
Ner non perculsæ dubia formidine mentem
Olliades Nymphæ vitreis gemuere sub antris.

いかられるのからなってあることかってあってあってあってあってあって

# ECLOGA PHYLLIS

SEU

#### URBS BRIXIÆ

Peste correpta

A D

# IURECON. ACAD. OCCUL.

Anc etiam, mea cura, mihi concedite partem Cheriades Nymphæ, libeat cava tempora mecum Diffusis cinxiste hedera pallente corymbis.

M. Pub. FONTANE Auditam silvis deducto carmine Musam Almonis dicemus; amant sua carmina silvæ; Immo hæc, jucundi dum grata filentia Cæsar Ruris amat ducens tranquilla per otia vitam, Audiat, & facilem non aspernetur avenam: Seu medicas herbas gaudens felicibus hortis Digerit in numerum, & terræ sua pignora mandat; Seu caros, patriamque urbem miseratus amicos Deflet, mansuris dans nomina vivere chartis: Namque haud absimili casu turbatus iniquo (Torpuerat sed enim motibundo corpore Phyllis) Urgebat Divos votis, & supplice cura Almon: cum tollens passis ad sidera palmis Infomnes oculos, hæc imo corde profudit. Aurarum tenues animæ Oceanitides auræ. Quæ modo ab Eoo surgit dum Luciser ortu Afflatis puro mordentia frigora cælo: Hic vobis, Divæ, apricis in collibus Almon Sevit odoratas enodi stipite plantas, Et laurum, & Paphiam myrtum; lucumque sacravit, Inter ubi labuntur aquæ, quæ flumine amæno Puniceos vegetant per culta rosaria flores. Nunc vobis etiam viridi de cespite ponit Septem aras lucum ante ipsum; & faturis calathiscis Auricomos fundit jucundi veris honores: Vos ezli vitium, atque infensa pericula morbi Arcete, & prohibete minas: dumque aera apertum Curritis, Affyrios alis rorantibus amnes Spargite, fragrantesque Arabum diffundite odores. Namque erit ut languens vestro se munere Phyllis Sentiat indigno relevatam membra dolore. Illa quidem interruptam animam fingultibus efflans Sustinet incertam diro discrimine vitam, Multa gemens: nunc ora modis pallentia miris Intendit, superumque fidem & pia numina poscit. Infelix virgo, que te sors impia tantum

Dif.

PASTORAL. CARM. LIBER: 247
Diferenciat? quæ fata volunt occurrere diris
Vi ulla non potuisse malis? dulcissima Phylli,
Heu quantum me turbat amor;nec mi tamen usquam est
Quo relevem esseus artus; quo tormina, sessoque
Oresitim pellam! O qui nunc panacem beneolentem,
Dictamnumque legat Dicteæ ab saltibus Idæ,
Peoniam, Illyricamque irim, suavemque cyperum,
Et caulem junci roseum spirantis odorem;
Quales enutrit selicem juxta Erymanthum,
Et Gangem juxta generoso lumine Titan!

Phoebe pater, curru superis spectabilis aureo, Diffuso qui cuncta solo, vegetasque, sovesque, Affer opem, præsensque inopi succurre puellæ. Ipse potestates herbarum, & nomina monstras; Affer opem, medicasque manus ne subtrahe: sempet Ob tam dulce caput servata virginis, anni Principio, zephyri cum se se molliter arvis Infinuant, redeuntque suis nova gramina campis, Et pecudum omne genus cælo lætatur aperto, Tunc cum mane rubent sublimi vertice montes, Vir caper ante aras tinget tibi sanguine cultros; Gratia nec tanti ullo abolescet tempore facti. Scilicet agrestum pubes donaria circum Hospita ubi densis crinitur frondibus arbos, Suspendent, flexosque arcus, & tineta cruore Spicula, cantabuntque tuas in carmina laudes; Taleque mox addent signato in cortice carmen: Hæc arbos Phœbo servatam ob Phyllida dicta est: Hæc pagus tibi, sed si iterum mea candida Phyllis Inducrit proprios redivivo corpore vultus; Dulcia si primæ decerpere dona juventæ Evaleat; quos o niveo tibi pollice flores Ipsa leget, quæ serta seret, quæ altaria ponet! Munera erunt lauri, ferrugineique hiacynthi: Quippe seret lauros, liquidis qua argenteus undis Lene fugit, trepidatque arguto murmure rivus.

Atque ut nulla comam crescentem injuria lædat, Sedula nimbosæ, glaciemque & frigora brumæ

Avertet, gelidisque arcebit sontibus zstum.

Sed vos, quæ stagnis, Nymphæ, stuvissque sonoris Brixiaci gaudetis agri, saltusque tenetis, Dique, Deæque omnes patrii, si cura salusis Ulla movet, vestræque subest pietatis imago, Phyllidis adversos, oro, miserescite casus; Aspicite exanimem crudeli tabe cadentem. En, virgo illa jacet, sacras quæ sæpius aras Gramineo erexit vobis ex aggere virgo, Quæ primis violis, virgo quæ frondibus intus Velavit toties rorantia sontibus antra. Strata jacet Phyllis morbis correpta malignis, Et decor ille ross certans desoruit ore: Tabuit ille decor: gelida ceu sorte pruina Cum subito arreptus slos purpurei narcissi Collapso languet thyrso, terræque recumbit.

At vobis male sit morbi, qui pulchra, caduca Fædatis macie, & luctu miscetis amaro. Crudeles morbi! non vos præstantia sormæ Ulla movet, sed cuncta suo spoliatis honore. Ah, ne longa moras addant contagia, non jam Sustinet! ah ne dira lues se proferat ultra! Parcite jam, roseoque ori, roseoque nitori: Parcite, si nullo maculavit crimine mentem; Si pede virgineo, paribus comitata puellis Quis cum partiri curas, & gaudia suerat, Umbrarum saltus semper, notosque recessus Lustravit, duxitque leves per prata choreas.

Verum tu ne ultra lacrymas, neu funde querelas, Phylli, decus nemorum, atque mez spes altera vitz: Pone metum, mœstumque animo depelle timorem. Ecce serunt Nymphz, quz formossissima Tempe, Et sortunatos lucos, sedesque beatas Benaei, Saloique colunt, tibi munera, Phylli.

Digitized by Google

PASTORAL. CARM. LIBER: 249
Aurea mala ferunt, citrum cum flore comantem,
Grata meliphylla, atque aliis beneolentibus herbis
Pallentis calthæ, mistos in pocula succos,
Quorum ope disfugiet macies, & tabida morbi
Colluvies: vigilesque irrepens blandus ocellos
Fessa dabit placidam somnus per membra quietem.
Sufficiet natura parens in corpore vires;
Atque iterum froati Divinum assabit honorem.
Ipse autem dulci saturabo lumina vultu;
Et tecum longos hanc vitam semper in annos
Vivam: seu teneras pasces in montibus agnas;
Seu canibus, dissusa comam, levibusque sagittis
Et pavidum leporem, & celeres venabere damas.

Quam multæ in silvis volucres, & curva secundum Flumina, demulcent gratis concentibus auras! Quippe nova tactæ dulcedine, vota, precesque Audivisse canunt Divos, sunt omnia læta:

Aspice, felicis sunt ominis omnia plena.

Ipse etiam faciles aspirant leniter auræ

Mollibus implicitæ zephyris; dum sole corusco Exoritur lux alma polo, collesque nitescunt;

Et passim liquidis collucent gramina guttis.



ECLO-

## ECLOGA DORIS

#### ALCON

A D

## HERCULEM SFONDRATUM

DUCEM.

CFondrate, Herculeos nimium sectate labores Auxilio superum, nunc si das otia Musis, Saxea qua tragico ceu vinctus crura cothurno Tunditur alternis utrinque Bilacius undis, Prospectu tua regna sovens, quæ Larius amni Proluit immenso, & nitida persundit arena: Annue & hos lusus admitti ruris: at ipsæ Errantes hederæ, lauro dum brachia tendunt. Gratius umbroso capiti sparsere decorem. Hzc ergo Alconis libeat concedere amori. Nos tibi, si dabitur, posthac graviora canemus. Ille quidem Olliacum hac solus referebat ad amnem. Hæ violæ vestræ sunt, vestri hi sunt hiacynthi, Oceani soboles auræ, vos floribus ipsis Dilectæ zephyri comites incingite crinem. Ipse autem, arguta corylos dum questibus implet Garrula avis, liquidique fremunt per prata susurri, Formosæ recolam redivivos Doridis ignes. Idalize hinc atque hinc stantes ad litora plantz, Si vos priscus amor lento sub cortice tentat (Quandoquidem proprios & vos sensistis amores) Audite; & sociam prætendite frondibus umbram, Ille etenim vobis, vestris & collibus Alcon Haud ignotus, amat, placidoque ardore tenetur.

Que nova vis pulchri, vel que te nota voluptas

Illexit, Doris, desertes quærere montes? Quo diversa petis? curisve agitaris amaris? O ego te lætam venientem, oculosque serentem Desuper hæc videam, radiis, qui ardentibus omnem Accendant sulgore locum, cælumque serenent: Quale suit, tibi cum molli hæc serpilla recessu Dulce caput, niveumque latus, vestemque sovebant.

Nam super incumbens, aurisque attacta benignis Pulchra arbos, levibus spargebat slorida ramis Imbriseri ceu veris opes; illæque decorum Jnq. sinum, inq. humeros, circum supraque cadebant. Hic slos aureolos crines hie oris honesti Purpureas candore genas, hic labra petebat; Ille superpicta consterni murice palla, Hic vitrei sontis labentem nare per undam, Hic alius, tremulo descendens lene rotatu, Umbrosæ ripæ jucundum pingere gramen. Tunc mihi, tunc levibus spirantes slatibus auræ Auditæ dixisse palam, Cythereia mater Hic sua regna tenet, sacra hæc complectitur umbra.

Ah quoties mecum trepida sum mente locutus: Hæc est Naiadum, vel certi sanguinis una Nympharum, aut cælo se se Dea misit ab alto. Sic decus illius, blandæque protervia sormæ, Sic mihi me abstulerant, ut mecum sæpius amens Quæsierim, huo ego quando, vel quo numine veni? Scilicet insuetum volucri pede limen Olympi, Cælestesque Desim sedes tetigisse videbar.

Ex illo mihi fons, & prata recentia, & arbos Illa virens, florum niveo circumdata nimbo, Usque adeo mentem affecit, fensumque revinxit; Ut seu nox cælum claudat, surgentibus astris, Sive ipsum reserte Phœbeo lucifer ortu, Non alia penitus tranquilla sede quiescam.

Vos mihi per sudum ludentes zetheris aurz, Dilectz aurz, quis toties sub mane rubenti Puniceos flores, & candida lilia, plenis
Effudi manibus; si nunquam turbidus auster
Proterat immensum vestros per inane volatus;
Si vobis hiemes semper, tristesque pruinz
Cedant; si vobis pariter pulcherrimus annus
Semper eat; nimio hanc sedem desendite ab zslu,
Tum si forte dabunt (ut supplex numina posco)
Huc illam se ferre iterum, & se his tingere lymphis,
Hze vos illius memores reseratis ad aures;
Quod vix hanc zgram pulchra sine Doride vitam
Sustineo, & rerum aspectu sustentor inani.

Parcite oves, illi propius ne accedite ripæ, Neu teneras frondes, gelidum neu tangite fontem: Sacra meæ Veneri sunt, vix mihi cognita servo. Certum est in pratis me vos, qua proxima clivo Unda sluit, paullum postquam se fregerit æstus, Pascere, ut ante, manu, & lympha mersare salubri.

の中から生から生から生から生から生から生から生から生から生か

C A P R E A,
SIVE DEPLORATIO
CAPREÆ SUAVISSIMÆ

# BARTHOLOMÆI FINI

EQUIT. PATR. BERGOMATIS.

A Eriæ rupes, & vos juga plurima circum Dissita, sola seris sedes sidissima capris, Huc rigidas præbete aures, huc, stantibus ornis Dum dulcem capream, dum lamentamur, adeste. PASTORAL. CARM. LIBER. 253
Si vos, si proprize subrepta ob pignora, cautes
Lustraque capripedum nudis gemuere sub antris;
Quos ipsum Finum, qui sensum & mollia servat
Viscera, censetis gemitus sudisse, tenellam
Ut vidit capream, quam vestra in valle repertam
Detulerat Licidas, crudeli tabe jacere!

Illa quidem e scopulis frondes, & gramina nondum Carpferat innocuo morsu; non lubrica vestros Saxa perattigerat falienti.aspergine rivos; Vos tamen abreptam flevistis vertice rupes. Hic autem cujus gremio nunc pocula lactis Libabat labris fummis nunc certa capellæ Ubera ficcabat, cur tanto pugnet amori, Aut luctu pareat? Quid cum reminiscitur, ultro Ut socia astaret lateri, ut per limina nota Perque domos vadentis heri vestigia servans, Continuaret iter, manibusque assueta ministris Gestiret blando plaufu sibi colla lacessi? Non ipse alpinis hanc auram quercubus hausit, Ut segnes teneat pubenti in corpore sensus: Humanis quippe afficitur; Cythereia nutrix Ipsi animum facilem immulsit, Musasque colendo Adjecit cordi cytharamque, artemque Minerva. Nunc tibi quis dulces lusus, quis dulce levamen Curarum invidit? quid vel fallentia soles Gaudia tanta animi perrupit, & invidus atras Tam doctæ variis colludere plausibus, ausit Injecisse manus capreæ? heu non fulminis acta Te de more pila, aut adducto sustulit arcu Immitis pastor; sed suavis gratia, virtus, Blanditizque tuz, ut silvas hae morte piarent, Demisere neci, & stygiis mersere tenebris. Quod secum lætata videns Proserpina donum Te thalamis, te amplexa fovet squallentibus auro Porticibus, dextraque simul blanditur, & ore. Et nunc Elysiis tendens per gramina campis PropM. Pub. Fontanz

Utque pedem liquidum decursu lympha represse. Fluviorum, proprioque latens se siumine mersit. Nusquam cultus honos: canent pro rore pruinæ; Dedalæ apes torpent crudeli tabe cadentes; Vimineisque same ignavæ cunctantur in antris.

Daphni abitus sensisse tuos quis cuncta negarit Cumi gemitu Daphnin silvæ, & valles fremuere; Et questus colles iterarunt; saxaque longe, Atque antra, atque cavæ penitus gemuere cavernæ. Convenere ululæ ad sletum, longævaque cornix; Compare cumque sua turtur, raucusque palambus Arentes inter frondes junxere querelas. Auditi informes summis in montibus ursi, Nocturnique lupi alta tenentes lustra ululasse.

Infelix Damon, tu deserta hæc loca solus Incolis, & lacrymans studio tabescis inani:
Non secus amissa si quando matre vagatur,
Morsu avido dum vellit ovis de cespite gramen,
Balatu pavitans tremulo per devia quæque
Implorat matrem, & gemitu circum omnia complet;
Atque horret virides, herbas oblita, lacertos.
Ecquis erit blanda qui ludat arundine carmen,
Teque, gregemque tuum dictis soletur. amicis?
Nunc circum silet omne nemus, vallesque profundæ;
Et taciturna premunt horrore silentia campos.

Hinc cessere bonæ silvestria numina Nymphæ, Hinc Pan, alma Pales ovium custodia sacra: Nec viridi tyrso tigres agitare jugales Bacchus amat, generosa agris sua munera sundens. Annua non quisquam celebrat solemnia Divis: Non tepido reserunt spumantia cymbia lacte Ante aras, Cereremye socis aut tura ministrant Pastores; stipulæ aut accensis sascibus ignem Transsiliunt saltu, & votiva Palilia solvunt; Cæditur aut de more caper villosus Iaccho; Non buxus, non ara cient Tricterica, plenas, Dum

Dum pateras inter colludit læta juventus. Heu animi fidens objecta pericula folus, Me sine Daphni subis: tantos ne te adire labores Non piguit? te non Hyades, non favus Orion, Dum rotat infestum mediis in nubibus ensem, Mille hominumve doli non mostra latentia saxo Detinuere? tibi & milero ah sic parcis ovili? Ah Damon infelix, quid cum Daphnis abiret? Cum Damon dilecte vale, mcestissimus inquit, Quid contra potuilti? magno non via voci, Tunc laxata dolore fuit; sed lumina obortis, Dum rorant lacrymis, dum pectus fluctuat imo Singultu; aëreis de collibus admiratæ Mugitus longos moesto ore dedere juvencæ; Et flerunt molles pavidis cum matribus agni: Flebat & ille; udis ter retro aspexit ocellis. Ibat pelle humeros latos protectus ad ora, Eui circum nivei pendebant undique villi; Cernere erat, capreæ ut pellis detracta fugaci Pectus, & ut gemina alte operiret crura cothurnus; Juniperique pedum regeret vestigia: qualis Pastor in apricis errabat montibus Idæ Dardanus; aut qualis cum pulsus ab æthere Apollo Amphrysi niveos tauros ad flumina pavit; Aut mage cum gestans præfixa cuspide telum Formosam canibus Cyprum lustraret Adonis. Omnes Alpicolæ Fauni, Satyrique bicornes, Annofæque orni, & cautes rigidæ obstupuere; Dum teneras ageret pecudes per inospita saxa, Pesque tener densis premeret loca senta rubetis. Affuit Idalio properans e monte Dione, Contusisque manu duplici de gramine succis

Contussíque manu duplici de gramine succis Ambrosiæ beneolentis odoriseræ, & panaceæ Illius os, slavamque comam, corpusque decoruma Conspersit; ne sorte gravi sol igneus æstu Ureret; intensusque labor ne frangeret artus.

M. Pub. Fontane Affixa collucent, superbum Et patriæ, & ducibus trophæum; Si forte ab alto fulmina Juppiter Molitur, ichu præcipiti ruit; Circumque spectantum jacenti Discruciat animos ruina; Sic Paule clarus pectore Martio Heroas inter flebilis occidis; Dum occurris urbi luctuosæ -Pro patria haud timidus perire. Heu civium quot pectora contudit Hac tanta clades! quot miserabiles Vultus, dolentumque ora matrum Corripuit, gemituque corda Affecit alto! non ego sensibus Stetisse nullis vulnere sauciam Crudo parentem dicam; at unam: Nec tetigit patriam dolor; nam, Ut fama tanti nuntia funeris Urbes sinistro murmure perculit, Immugiit squalens utrumque Aufonium, Siculumque litus: Ceu cum micanti sidere fluctibus Ardens Orion hesperiis cadit, Solvunt se aquost imbres, & atræ Jonium feriunt procellæ. Qu's non querelis est Melite suum Conquesta alumnum? dum sibi Castora Raptum vocat, dulcesque luget Primitias alacris juventæ? Hanc circum ab imis sedibus æquoris Excita amaræ numina Doridis Flevere: ceu si quando ademtum Cum Thetide ingemerent Achillem.

Virtus, quæ adultis stabat honoribus, Injurioso ut vulnere concidit

Leti:

Lyricor. CARM. LIBER.
Leti: ac si avorum illa esset alto
Absimilis veterum decori.
Non heu piis mens saucia amoribus,

Immota non hoc promeruit fides;
Infigne nec gestamen illud
Pectoris intrepidi poposcit.

Nec sævus hostis navita Bosphori, Non Afer ustus solibus audiat Hoc; ne malis probris acerbos Insiliat vacuo sepulcro:

Nec si qua Osirim gens Pharii soli, Apinve jactat, ne pede barbaro Bacchetur exultim; atque sistro Litora pervolitet sonanti. At

Quæsita multis sama laboribus,
Et pulchra magni gloria nominis
Surgens situ sublimiori

Vertice pyramidum superbo
Tentata nullo corruet impetu:
Stabit per annos inumerabiles;
Ut palma, quæ frondes amænis
Vallibus adsolet explicare.

Quid Marte posset, non vice simplici, Sensere Thraces Illyrico sinu: Cum se per Ægæos tumultus Proriperet ratibus tremendus.

Videre Iberi; & Romulei duces
Certo revincti fædere; navibus
Videre ponto una volantes

Et Venetam, & Ligurum cohortes, Quantus per hostes vindice dextera Insurgeret; cum parta ad Echinadas Est gloria illa, & nomen ipsis

Clarius Actiacis triumphis.
Non ille ventos, non pelagum trucem,
Vastasve syrtes palluit; Africum,

Qui

M. Pub. Fontanz Oui vidit iratum; & tot aras Et Siculos scopulos relegit. Prædonibus magnum intulerat metum Infracta virtus pectoris Itali: Hanc ipsam Alexandrea vidit Abjete velivola subire Fines Canopi; sic Notus Adriam, Pontumque perstat; nunc scopulos serit. Torvamque desistens Charybdim Flectere, Carphatio resurgit. Nunc lætus inter prata virentia Altarum in umbris mollibus arborum; Ubi duces magni Latini, & Curtius, & Decii beato Czlo fruuntur; vulnera nobili Ostentat ichu, seque cani audit, & Pæana sacrum: audit Choros ad Nectar, ad Ambroliam vocantes. Nos messe odora, nos querimoniis Lustramus urnam: nos ter, & amplius Manes vocamus, næniisque Inferimus numero Deorum. Ter lustrat urnam casside eques micans; Gestantque truncis exuvias duces, Albæque matres, & puellæ Dant violas cineri frequentes. Hinc marmoratis laudibus ad tumulum Extrema dicent sæcula: quam tibi, Alumne Martis PAULE, dulce est Pro patria oppetere, & decorum!



PIIS

#### PIISMANIBUS

## BENEDICTI PATINII

### MED. ACPHIL,

Audax tracbris non revocabilem

### Pallentie Occi. 3 ve Q Vi Oum ,

Rgo ne verus funere de tuo,
Verus ne, proh Di! est hic mihi nuntius,
Apollini magno PATINI
Care, novemque choro sororum!
Præsentibus seu pellere poculis
Morbos volebas; seu arbiter aureæ
Testudinis, vocem, modosque
Composito moderare plectro.
Ah, te tuæ cur plurima conjugis
Manans decoras lacruma per genas,
Cur non preces, non liberorum

Detinuit gemitus tuorum? a sand seelis V Ibas retorto Pæonis optimi In morem amictu non timidus mori, Quo sæviens regina sato

Demetit omne caput triformis; Sternens acervos, & juvenum, & fenum Magno tumultu matrum ululantium, Perque atria altarum domorum, Perque humiles inopum tabernas.

Eheu arte fidens, & nimium tui; ut Te credis hæc in fæva pericula Frustra parans morbis salubri Vi immedicabilibus mederi.

Mors

M. Pub. FONTANE Mors cuncta, nulli cedere pertinax, Exscindit atrox arbitrio Deam; Thorace pectus tectum aheno Comminuit, solidumque robur. Linquenda tellus scilicet omnibus. Nec cuiquam in horas quid caveat sibi Certum est: tamen tangenda nunquam Nos genus Iapeti fubimus. Audax tenebris non revocabilem Pallentis Orci solvere Virbium. Legesque fatorum perennes Rumpere Phœbigena arte patris, Iram Deorum promeruit sibi: Ozlo tonantis magna manus Iovis Detrusit expirantem ad umbras Fulmine tartareas acuto. Lugubre te non secius occupat a que la cale Fatum, PATINI, pone sequens tuum inchi Eheu jaces, virtusque tecum, positios ?? Socraticique jacent libelli a form and amed Nos vile vulgus tempus in ultimumus uni or . Devoti, inanes fundere lacrymash ens salva Certamus; aplo fera nec di- s an man mo Vellere Luna potest sepulcro. On these ត្រស់ខាន់ សារី ដើមជំនឹង **ន**ែន ≤

หาวบระบบ (การ บุราการ สาราชาวัย (การ บุราการ ประชาสมาชาวัย (การ บุราการ ประชาสุด บุราสุด บุราสิการ ประชาสุด บุราสิการ ประชาสุด บุราสิการ ประชาสุด บุราสิการ ประชาสุด บุราสิการ ประชาสิการ ประชา

PHS

#### PIIS MANIBUS

### HIEREMIÆ FREDI

#### SODALIS SUAVISS.

### O D E.

Erali in umbra coniferæ arboris Illacrymati, vellere dum nigram Mactamus agnam farre sacro Persephone, Stygioque Regi, Lugubre carmen dic Polyhymnia, Persolve grato munere debitam Tam dulci amico næniam; atro Verba novissima die sepulcro. Heu Frede cassum hoc lumine amabili Videmus ipsi te; exiguus cinis, Ut quivis unus viliori e Plebe jaces: veluti procaci Disjecta vento, grandineque horrida Arbos tenello stipite nobilis, Quam flore primo vestiebat Aura tepens liquidi Favoni. Quzcumque czco turbine sustulit Te fati acerbi dira necessitas, Adversa eadem una procella Corripuit patriæ cadentis Mœrore tristi spem simul, & decus. Non jam tuorum carmine civium

> Culpem querelas; nec ruentes In lacrymas cohibere tentems;

Immo

278 M. PUB. FONTANE
Immo bonorum fida fodalium
Mens tacta luctu funere perditum
Morum nitorem, atque innocentem
Defleat æqui animi pudorem.

Divos ademtum flebilibus modis Poscat virescens ingenii decus, Partasque virtutes sudore Egregio, vigilique cura.

Claris, amice o functe laboribus, Non te latini pectoris Attica Virtus, sacræ te non Camænæ Etipiunt Erebi lacunis.

Sed nec rotundi sidereas domos Tentasse cali tempora distulit, Quin frigido Saturnus astro Vinculum amabile dissiparet.

Quæ te gementum restituant preces?

Non ipse blanda te revocem lyra;

Ipsam liget plectro ferirem,

Threicius veluti Sacerdos.

Quos sæva manes unda semel Stygos Accepit, ipsi vi nequeunt Dei Arcessere ulla; nec pudicum Liberat Hippolytum Diana.

At tu tamen, seu cæliculum plagas Felix tenes, seu per nemus Elysi Incedis, & lucos piorum, Eridanique fluenta laudas;

Hos sume luctus, has lacrymas habe Crudele munus, quod dare possumus; Dum affamur ingratum sepulcrum, Et cineres veneramun atros.

O mecum amaras Musa dolens vices,
Da, dulce Fredt, nomen in ultimos
Annos tuis custodiendum
Carminibus, memorique plectro

IN

### IN CANTICUM

### SIMEONIS

### PARAPHRASIS.

Omplexus tremulis fenex
Ulnis ætherei Patris
Natum, pectoreque intimo
Gaudens, hosce dedit modos
Arguti instar oloris.

Nunc Rex, o, bone calitum
Hunc promissa dies adest,
Qua servum, nimium diu
Confectum senio, manu
Mittas, compede solvens.

Votis namque meis datum

Est a te, satis & super

Vinctos in tenebris Patres

Fanta hac gaudia perserens,

Fortunatus adibo.

En, nunc ipsemet, his meis Inquam, vidi, oculis meis Suffussi manibus fovens Fulgentem cupido in sinu Humano Deum amictu.

Hic est quem genitum Pater Æternum tibi filium, Humanum miserans genus, Primis ante Parentibus Jurasti esse daturum.

Quippe, ut certa salus soret Ægris gentibus omnibus,

Qual

M. Pub. Fontanæ 280 Ouas sese insinuans lues Tetri noxia criminis, Passim depopulatur. Huncque in unum oculos Ducem Omnes conficeret pie Hausuri nitidum jubar, Quo possint Dominum, ac Deum Vitæ nosse beatæ Hæc plebis, Pater optime, Laudantis solymos lares, Illa est gloria maxima, Oh quam numine perciti Vates exiliere. At tu prima tepentibus, Quena cunabula fletibus, Sacro non fine sanguine, Insignire juvat, tuæ Da mi lucis honorem, Cum factus nimium potens, Multo & sole nitentior, Ruptis postibus inferum, Qui manes cohibent pios, Scandes astra triumphans.



# IN CURAS

# ODE.

Cura, anxia cura, agrimonia graves
Taxo malum nocentius,
Ecquid mei secreta adire pectoris
Vobis pede innumero datur?
Nullus subest menti dolus; nec sum mihi
Labis maligna conscius.
Quid turba pallens it, redit satellitum
Morror, metus, suspiria?

Sævitis in me dente lurido truces,
Ac si mihi crudi senis

Cor esset: ut jam aufugerit dulcis sopor, Longasque nocles conquerar.

Curæ malæ; per vos cibis non amplius Capior, ut ante, fuavibus.

Nec sum potis dulci mero vos solvere; Saltem ut vel unum per diem

Vestræ huic iniquæ pertinaciæ afferam Induciarum quidpiam.

Vos felle nigro amariore Colchicis, Et si quid esse amarius

Potest, venenis, perditis totum id, quod est

In me boni: nam sæviens Hoc delibutis virus in præcordiis Sensim lue insanabili

Venas pererrans occupat; nec fat scio Ut vivam, ut obdurem miser.

Immitiores Thracio gelu, horrido Procaciores Africo:

1.1

Dum vos serenum tempus, & vernos dies Mez juventz slebili

Li-

M. Pub. Fontanz Jam jam tuo tingenda tetro sanguine? En, vis Molossi asperrima S 14 Latratu adest, sublistis? & pavidam utero Caudam remulcens subjicis? Consiste, age, asta hic Cosme, callem hunc occupa, Felique robur susting Agite, boni Poetæ, agite vos optimi, Vos nobilium artium Patres, Qui Mevios, Bavios, Batillos pellitis, Armate jambis dexteras, Hue hue ruens qua turba proturbat canuta 🤾 👣 Notis ferum latratibus, Accurrite, persequamini clamoribus, Perstringite aures belluæ. (; Exi sceleste, exi mala alite, putide, Exi sceleste mala alite. Quin omnium ex librariorum scriniis Quicquid mali vel putidi, Vel pessimi collectum in hunc immittite: Cunctis venenis putidis Necate putidum, ac majorum pestimum. Clamate cuncti iterum altius, Abi sceleste abi mala alite putide, Abi sceleste mala alite. Grunnitu, anhelo & spiritu ilia quatiens Diversus hinc, & hinc fugit Sudore fordido latebras quæritans Tot tela jam non substinet. Agite; sat est, nidore, quo ausus est gravi Urbem feracis ingeni, Turbare, & hune tandem suis virtutibus Pænas luisse debitas Sed audias, ranis loquacior, & lupis Dentation, atque olention Omni hirco olenti: tale fi quid audeas Unquam, ut veluti ore spumeo

Lyricor. Carm. Liber. 285
Rabida canis, morsu impetas quemquam sero,
Malumve virus evomas,
Ceù viprea herbis pasta non innoxiis
Disecta tractu torpido,
Mutilata abibis cauda, humique palpitans
Cœaum trisulco sibilo
Lambes supremum; tunc saniem, & rabiem simul
Mixtam veneno despues.

またいれないの生から生からないのないのないとないとないとないとないとない

## HENDECASYLLABI XVI.

### TIBRIS

A D

# JACOBUM BONCOMPAGNUM

ORÆ DUCEM.

Eros, Semideûm vigens propago,
En optata dies refulst illa,
Quæ claros revehat triumphos;
Dum virtute nova potens Olympo
Affectas iter; inclytos honores
Jam tandem aggredere; Imperi sacrata
Dum sceptra, auspicio bono Deorum,
Gestant ætherei manus parentis,
En septem geminos vetusta colles
Submissi tibi Roma; nunc erit cur
Tractus aerios premas, & aureis
Astris te ipsemet inseras beatus.
Sic satus Tiberis Pater suenti
Abdidit placidum caput sub unda.

AD

### A D

# HIERONYMUM CORNELIUM

## BERGOMI PRÆTOREM

## INTEGERRIMUM &c.

Orneli optime, maximo e Senatu Unus, cui maris arbiter potenti Dat dextra premere Adriz tumultus; Pupilli gemini, altero parente Orbati, & viduata mater omni Ope, & confilio viri sui, in re Sane quam tenui, artibus dolosis Distracta, auxilium tuum, fidemque Obtestantur, ut audias suammet Caussam, & qua es pietate singulari Se juves, tueare, sublevesque. Nil te dignius, æquiusve credam, Vel mage officio hoc pium; ergo cunctas Præcidi jubeas moras, negesque Rem in diem, inque diem alteram referri. Sic quæçumque animo gravi volutas Dii ducant tibi ad exitus secundos, Sic donent meritis pares honores.

BROKE BROKE

AD

#### A D

## BARTHOLOMÆUM FŒNAROLUM

#### PATRITIUM BRIX.

CEnarole, tibi, ecce, dono habere
Quantacunque modo otio in beato
Ruris lufimus: hocque jure; quando
Non est, cui mage debeam Patrono,
Quam tuis animi, ingeniique miris
Dotibus, quibus ipse quodam amoris
Vinculo tibi me alligasti. At o quæ
Rore Castalio, Thalia crinem
Depexum lavis, o datura nomen
Dulce Barbite, cuilibet canenti:
Totum muneris hoc erit tui, si hunc
Dabis pectine eburneo sacrari;
Dum, vatum inter amabiles locatus
Choros, audiar ora per virorum,
Quoquo prodierint perenne sæclo.

### ペキッペキッペキッぷく幸ッペキッペキッペキッペキッペキッペキッ

#### A D

# BENEDICTUM PATINIUM MEDICUM AC PHILOSOPHUM.

H Ic propter vitreas fluentis undas
Ollii, albida ubi explicant falicta
Umbras frigidulas, superque inumbrans
Quercus populeis opaca ramis
From

Frondes consociare amat comantes;
Memet surripio omnibus, perosus
Clamores, studiumque inane vulgi.
Atque hoc gramineo abditus recessu
Aurora in croceis micans quadrigis,
Cum surgens roseas genas amictu
Esfert puniceo, ætheremque lustrat,
Spiritus tenues recentis auræ
Ejus roriseros sequentis axes
Gaudens excipio: hinc canora late
Daulias queritur; virenti ab ulmo

Spiritus tenues recentis auræ
Ejus toriferos sequentis axes
Gaudens excipio: hinc canora late
Daulias queritur; virenti ab ulmo
Hinc turtur socia, hinc gemit palumbusQuarum & innumeræ æmulæ volucres
Circum consona litora, & fruteta
Concentu vario diem salutant.
Prospectare juvat nemus propinquum
Nunc armenta bovum sub ilice alta,
Bacchatasque jugis ubique apertis
Terras; sæpe ubi nubiles puellæ
Thyrso pampineo comas revincæ
More Bassaridum, patri Lyzo
Exercent trieterica, ære pulso.

Verum, quid referam cavis virentem
Saxis impositam arborem? unde lymphæ
Pleno dissiliunt hiatu, amico
Satis non sine murmure? aut sugaces
Quid rivo trepidare quæ laborant?
Quidve litora picta discolori
Flore? aut irriguas aquas amantes
Herbas? quid genus omne vel natantum
Piscium? & cuneos, levesque lapsus
Undas desuper? o mihi inter omnes
Patini Sophiæ pater, canende
Novenis sidibus, gravi cothurno,
Hic solatia multa te manent; hic
Oblectaberis, eluesque tristes

Cu-

HENDECASYLLABI CARM. Curas; mensæ hilages tibi parantur : Conditæ salibus, facetiifque Hic myrto, atque apio coronæ in usuna Enatis poterit jocosa Musa ... Laudes dicere, dexteraque surgens Libare Ismario Evio potenti Mero pocula plena, quod Falerno Aut certare magis potest Caleno. Nostri nec spoliati amans leporum Musa, diffugiet lyræ canoræ Nervos tangere concrepante plectro. Nunc sæpe ad numerum pedem resolvit Nympharum Olliadum chorus citato Saltu; sæpius Ollius repressit Fluctus carulei strepentis amnis Ratus Threicium Orphea insonasse. Ergo dum rapidus calore acuto Sol torrere parat comas fluentes Silvarum, monumenta jam Galeni, Et Coi veteris probata, tandem Intermitte rogo, tibique parcas. Et cur vis mala febrium aridarum Inducta macie, intimas medullas Pertentet, studio gravi usque pressus Mittas quærere: dum licet per annos, Indulge genio; vigescat ipsa Actas: nam fugit ocyor procaci Euro prona dies; subit senectus. Huc ades, memor optimi Catonis Siccantis calices adulque lucem. Festiva o, facilique comitate, Illam, illam exue, quam gravem veremur Personæ faciem; tuos & inter Iplos unanimes, caput decenti Circum palmite cinge; Liberique Duc lætos cyathos; juvabit, una

Te-

M. PUB. FONTANE Tecum prata per, humidasque ripas Internoscere passim & hunc, & illam Herbatum speciem, inditamque earum? Cum ipso nomine vim explicare; caussis Alta mente recludere, ut decora Curvatos vario finus colore Per cælum aëriis volare pennis Iris gaudeat: aut quis ignis æthram Accendat tonitru obstrepente: quid si Nocti pocula junxerint serenæ Furtim elapsum animo diem? licebit Ouærere ut nitidi ante solis ortum Surgat Lucifer, & modo secutus Ipse idem ferat hesperus tenebras. Quantum vertice plurima astra torquens Se attollat capiti polus superne; Ut fulva face noctiluca oberret, Ut suum lateat remensa cursum, Dum carum Endymiona dormientem Pulchro sub Jove, suave olenti in umbra Ofculis roseo ore plus trecentis Petit; quippe referre nec pigebit Diones puerum, faces, & arcus, Nec mentem rapiet bonam Thyoneus Tympanis, Berecyntique cornu.



NICO-

## NICOLA US COLONIUS

# M. PUBLIUM FONTANAM.

TOn quo te simili remunerarer Dono, misimus hunc tibi libellum; Nam tu Pieridum manu expolitum Et quo sidera se fatentur aucta Esse lumine, opus mibi dedisti. Hos te munere paupere, & pusilio Donamus; tamen abs te amore vinci, Ne nos credideris: nam amore te ipse, Publi, diligo, amore singulari. Virtus sie tua, O' in me amor, meretur.

#### べずか ヘキンヘキンヘキンヘキンヘキンヘキンヘキンヘキンヘキンヘキン

## M. PUBL FONTANA

# NICOLAUM COLONIUM.

In ea, que in Horatii Poeticam doctissime præscripsit .

Uri versiculi, aurei libelli Puro Thespiadum e sinu cadentes; Quantis nominibus deosculandi Vos estis mihi tum lepore vestro , Tum vestra nimia eruditione;

Tum certe, quia vos fatemini me
A viro optimo, & erudito amari;
Ite & vos numeri mei pufilli;
Ite, & dicite: maxime o virorum,
Quonam lumine, lumine expetito
Per tot sæeula, tam tenebricosum
Perscrutaris opus, quod antehac ab
Ullo nemine? næ tibi secretos
Fontes, atque Heliconios recessus,
Ipse Pieridum chorus reclusit
Felix o nimium, per alta cæli
Candenti alite, præpetique penna,
Una cum tuo Horatio sereris.

へ生かべ事って事から事から事から事から事から事から事から事か

#### A D

## JOANNEM FRANCISCUM DIEDUM

## CREMÆ EPÍSCOPUM.

Rgo, maxime Diede, mente eadem
Ac sententia es, ut nec eruditis
Viris, experientizque multz,
Nec ipsi, studio artium bonarum,
Guillandino, ab Apolline expolito,
Et de stirpibus apprime scienti
Credas? Obsecro te optime o virorum.
Quos sert urbs maris inclyta Adriani,
Non ne illa Abrotonon grave herba spirat,
Quam pro delitiis domo sub alta
Nutris sistilibus cadis? At ipsa

HENDECASYLLABI CARM. Quamvis, pallidulo virore crescens, Abiynifii renuşmi comam æmuletur Languenti haud stomacho usui est, nec ejus Innatum vi aliqua fovet calorem; Ut absynthia Pontica assurrunt Non servare modo indito vigore, Sed augere etjam. Per ergo nostri. Sileni, & Satyri gemelli, & Ægles Quadrimos latices, rogo, ut tuæ æque Consulas valetudini, tuzque Vitæ, quæ mihi cara, quæque amata est, Quam que maxime. Ad hec Patrone dulcis Præclarum eximiæ benignitatis: Tuz in me specimen dabis, fidelem Aurem his si libeat tibi exhibere, ut Illa absynthia adulterina primum Vites cautius; utque item ista, quæ ipse Melle arundineo parata mitto, Tanquam legitima, atque amica noscas. Hoc nil gratius est mihi futurum, Nil salubrius est tibi suturum

> ବ୍ୟବ୍ୟ ପ୍ରତ୍ୟୁ ବ୍ୟବଦ୍ୟୁ ବ୍ୟବ୍ୟ

> > M. PU

Tum certe, quia vos fatemini me
A viro optimo, & erudito amari.

Ite & vos numeri mei pufilli;
Ite, & dicite: maxime o virorum,
Quonam lumine, lumine expetito
Per tot sæcula, tam tenebricosum
Perscrutaris opus, quod antehac ab
Ullo nemine? næ tibi secretos
Fontes, atque Heliconios recessus,
Ipse Pieridum chorus reclusit.
Felix o nimium, per alta cæli
Candenti alite, præpetique penna,
Una cum tuo Horatio sereris.

<del>፞</del><del></del>፟ጜቑጜቝጜቝጜቝጜቔኯጜቚጜዺጜኯጚቑፘ፞ጜቚጜቝጜዺጜቒኯ

#### A

## JOANNEM FRANCISCUM DIEDUM

## CREMÆ EPÍSCOPUM.

Rgo, maxime Diede, mente eadem
Ac sementia es, ut nec eruditis
Viris, experientizque multz,
Nec ipsi, studio artium bonarum,
Guillandino, ab Apolline expolito,
Et de stirpibus apprime scienti
Credas? Obsecro te optime o virorum.
Quos sert urbs maris inclyta Adriani,
Non ne illa Abrotonon grave herba spirat,
Quam pro delitiis domo sub alta
Nutris sictilibus cadis? At ipsa

HENDECASYLLABI CARM. Quamvis, pallidulo virore crescens. Absynthi renuging comam æmuletur, Languenti haud stomacho usui est, nec ejus Innatum vi aliqua fovet calorem; Ut absynthia Pontica assuerunt Non servare modo indito vigore, Sed augere etjam. Per ergo nostri Sileni, & Satyri gemelli, & Ægles Quadrimos latices, rogo, ut tuæ æque Consulas valetudini, tuzque Vitæ, quæ mihi cara, quæque amata est, Quam que maxime. Ad hec Patrone dulcis Præclarum eximiæ benignitatis Tuæ in me specimen dabis, fidelem Aurem his si libeat tibi exhibere, ut Illa absynthia adulterina primum Vites cautius, utque item ista, quæ ipse Melle arundineo parata mitto, Tanquam legitima, atque amica noscas. Hoc nil gratius est mihi futurum, Nil salubrius est tibi futurum.



M. PU-

Tum certe, quia vos fatemini me
A viro optimo, & erudito amari;
Ite & vos numeri mei pufilli;
Ite, & dicite: maxime o virorum,
Quonam lumine, lumine expetito
Per tot sægula, tam tenebricosum
Perscrutaris opus, quod antenac ab
Ullo nemine? næ tibi secretos
Fontes, atque Heliconios recessus,
Ipse Pieridum chorus reclusit.
Felix o nimium, per alta cæli
Candenti alite, præpetique penna,
Una cum tuo Horatio sereris.

#### Δ Σ

<del>፞</del>ጜ፞ቑኯጜቝኯጜቝፇጜቝፇጜቝኯጜቚኯጜቝኯጜ፞ቝኯጜ፞ቚኯጜፙኯጟሢ

## JOANNEM FRANCISCUM DIEDUM

## CREMÆ EPÍSCOPUM.

Rgo, maxime Diede, mente eadem
Ac sententia es, ut nec eruditis
Viris, experientizque multz,
Nec ipsi, studio artium bonarum,
Guillandino, ab Apolline expolito,
Et de stirpibus apprime scienti
Credas? Obsecro te optime o virorum.
Quos sert urbs maris inclyta Adriani,
Non ne illa Abrotonon grave herba spirat,
Quam pro delitiis domo sub alta
Nutris sictilibus cadis? At ipsa

HENDECASYLLABI CARM. 293 Quamvis, pallidulo virore crescens, Abaynifii senugna comam æmuletur, Languenti haud stomacho usui est, nec ejus Innatum vi aliqua fovet calorem; Ut absynthia Pontica assuerunt Non servare modo indito vigore, Sed augere etjam. Per ergo nostri. Sileni, & Satyri gemelli, & Ægles Quadrimos latices, rogo, ut tuæ æque Consulas valetudini, tuæque Vitæ, quæ mihi cara, quæque amata est, Quam que maxime. Ad hec Patrone dulcis Præclarum eximiæ benignitatis: Tuz in me specimen dabis, fidelem Aurem his si libent tibi exhibere, ut Illa absynthia adulterina primum Vites cautius, utque item ista, quæ ipse Melle arundineo parata mitto, Tanquam legitima, atque amica noscas. Hoc nil gratius est mihi futurum, Nil salubrius est tibi futurum.



M. PU-

M. Pub. FONTANE Frondes consociare amat comantes: Memet surripio omnibus, perosus Clamores, studiumque inane vulgi. Atque hoc gramineo abditus recessu Aurora in croceis micans quadrigis. Cum surgens roleas genas amichu Effert puniceo, ætheremque lustrat, Spiritus tenues recentis auræ Eius toriferos sequentis axes Gaudens excipio: hinc canora late Daulias queritur; virenti ab ulmo Hinc turtur socia, hinc gemit palumbus. Ouarum & innumeræ æmulæ volucres Circum consona litora, & fruteta Concentu vario diem salutant. Prospectare juvat nemus propinguum Nunc armenta bovum sub ilice alta. Bacchatasque jugis ubique apertis Terras; sæpe ubi nubiles puellæ Thyrlo pampineo comas revincte More Bassaridum, patri Lyzo Exercent trieterica, are pullo. Verum, quid referam cavis virentem Pleno dissiliunt hiatu, amico

Saxis impolitam arborem? unde lymphæ
Pleno dissiliunt hiatu, amico
Satis non sine murmure? aut sugaces
Quid rivo trepidare quæ laborant?
Quidve litora picta discolori
Flore? aut irriguas aquas amantes
Herbas? quid genus omne vel natantum
Piscium? & cuneos, levesque lapsus
Undas desuper? o mihi inter omnes
Patini Sophiæ pater, canende
Novenis sidibus, gravi cothurno,
Hic solatia multa te manent; hic
Oblectaberis, eluesque tristes

Cu-

HENDECASYLLABI CARM.
Curas; mensæ hilares tibi parantur
Conditæ salibus, sacetissque.
Hic myrto, atque apio coronæ in usum
Enatis poterit jocosa Musa
Laudes dicere, dexteraque surgens
Libare Ismario Evio potenti
Mero pocula plena, quod Falerno,
Aut certare magis potest Caleno.
Nostri nec spoliati amans leporum
Musa, dissugiet lyræ canoræ
Nervos tangere concrepante plectro.
Nunc sæpe ad numerum pedem resol

Nervos tangere concrepante plectro.
Nunc sæpe ad numerum pedem resolvit
Nympharum Olliadum chorus citato
Saltu; sæpius Ollius repressit
Fluctus cærulei strepentis amnis
Ratus Threisium Orphea insonasse.

Ergo dum rapidus calore acuto

Sol torrere parat comas fluentes
Silvarum, monumenta jam Galeni,
Et Coi veteris probata, tandem
Intermitte rogo, tibique parcas.
Et cur vis mala febrium aridarum
Inducta macie, intimas medullas
Pertentet, studio gravi usque pressus
Mittas quarere: dum licet per annos,
Indulge genio; vigescat ipsa
Aetas: nam sugit ocyor procaci
Euro prona dies; subit senectus.

Huc ades, memor optimi Catonis
Siccantis calices adusque lucem.
Festiva o, facilique comitate,
Illam, illam exue, quam gravem veremur
Personæ faciem; tuos & inter
Ipso unanimes, caput decenti
Circum palmite cinge; Liberique
Duc lætos cyathos; juvabit, una

Te-

Tum certe, quia vos fatemini me
A viro optimo, & erudito amari.

Ite & vos numeri mei pufilli;
Ite, & dicite: maxime o virorum,
Quonam lumine, lumine expetito
Per tot sæcula, tam tenebricosum
Perserutaris opus, quod antehac ab
Ullo nemine? næ tibi secretos
Fontes, atque Heliconios recessus,
Ipse Pieridum chorus reclusit.
Felix o nimum, per alta cæli.
Candenti alite, præpetique penna,
Una cum tuo Horatio sereris.

ΔΣ

ないもってもってもってもってもってもっていってい

# JOANNEM FRANCISCUM DIEDUM

# CREMÆ EPÍSCOPUM.

Rgo, maxime Diede, mente eadem
Ac sententia es, ut nec eruditis
Viris, experientiæque multæ,
Nec ipsi, studio artium bonarum,
Guillandino, ab Apolline expolito,
Et de stirpibus apprime scienti
Credas? Obsecro te optime o virorum.
Quos fert urbs maris inclyta Adriani,
Non ne illa Abrotonon grave herba spirat,
Quam pro delitiis domo sub alta
Nutris sictilibus cadis? At ipsa

HENDECASYLLABI CARM. Quamvis, pallidulo virore crescens, Abynifii senuene comam æmuletur Languenti haud stomacho usui est, nec ejus Innatum vi aliqua fovet calorem; Ur absynthia Pontica affuerunt Non servare modo indito vigore, Sed augere etjam. Per ergo nostri. Sileni, & Satyri gemelli, & Ægles Quadrimos latices, rogo, ut tuæ æque Consulas valetudini, tuzque Vitæ, quæ mihi cara, quæque amata est, Quam qua maxime. Ad hac Patrone dulcis Præclarum eximiæ benignitatis: Tuz in me specimen dabis, fidelem Aurem his si libent tibi exhibere, ut Illa abiynthia adulterina primum Vites cautius, utque item ista, quæ ipse Melle arundineo parata mitto, Tanquam legitima, atque amica noscas. Hoc nil gratius est mihi futurum, Nil salubrius est tibi suturum.



M. PU-

# M. PUBLIO FONTANE

## FRANCISCUS GLAVELLIUS

### CUCIAGI PRÆPOSITUS

S. D.

Ubli , guent foro in intimis medullis Propter eximines and keparensis and Beatus widen mihi, qued climon at Prostua probinate singulation a sed mes Te vidi ; On modo contigit wideren ida Atque sepius alloqui erudicupe attus ? Fratrem, schloost alternue to y amira :: Candidissime, nam mihi rozansi me Narravit tua facta: quot labores 🗀 Pro Deo, patriaque pertulisti, ? ... Et virtutis amore, glorlaque, Qua sunt omnia luce clariora, Tuis versibus, editisque libris. Idèm praterea recentiorem Donavit mihi munus hercle carum Formica, Daniel, tua libellum, In quo, quid valeant tuique magni Vires ingenii, tucque Muse, Mi Fontana, prodasse te videmus, Qui summis potes ima comparare; Ac sublime canendo ferre ad astra Qua jacent, pedibusque conteruntur Humi, & pro nihilo putantur: at nos Hac de re tibi gratulamur ima, Currentemque libenter incitamus.

Quam-

Quamvis hic potius sit excitandus, Qui durum sugit, ut vides, laborem; Et vasti timet equoris procellas, Dum Musa tibi distat hec pedestri Ludens hendecasyllabis Catulli.

CONTRACTOR CONTRACTOR

#### A D

# FRANCISCUM CLAVELLIUM CUCIAGI PRÆPOSITUM

# M. PUBL. FONTANA

A. 47 104 -

D Ebus non minimi quidem negoti N Premebar, mihi cum tuus libellus Est, Francisce, datus; libellus hercle, Qui me sic vaga expolitione, & Sua dulci, & amabili Camœna, Ipsum dum tacitus lego, severis Ab incommoditatibus levavit; Ut plane mihi restitutus esse, Clavelli, videar, novaque cali Jam frui facie, novisque campis. Nam nunc tollit ad Aufidum sonantem, Qua dulcis fidicen lyræ canoræ Temperat strepitum, amne devolutum. Nunc ad litora amœna Sirmionis, Ubi nil, nisi plurimæ vigescunt Veris delitiæ, tuique vatis, Ubi nil, nisi suaviter loquentes Jucundls zephyris olere frondes

Sens

M. PUB. FONTANE Sensu percipitur. Subinde in altos Mentem præcipitem rapit recessus. Et castis elegis, quibus profecto Nil est candidius, venustiusque, Pectora afficit: & modo relabens In salsos numeros, brevi, & jocose Veternum excutit. O fluenta magni Sevesi, gelida ruentis unda, Gaudete; atque simul cavis ab antris Plaudite, ac resonate more vestro. Nam quidquid Latiz eruditionis, Quidquid Cecropize dedere chartis, Summi progenies Jovis, Camcenæ, In vestri penitus sinu Poetæ Est Clavellii amabilis repostum.

いましてもついてもいくないとないとないようないませいとなっていましていまし

#### A. D

## ULYSSEM ARRIVABENUM.

Mæ fluminis Ollii salubres
Ægritudinis, & mei laboris
Consciæ, ut tacitus, libensque cerno
Vos labi, ac strepere alveo sonanti,
Liquenti pede; dum licet per ipsas
Exoluti animi occupationes.
Atque hoc non modo, quod frui expedito
Cælo, & liberiore, mens videtur;
Sed quia, & scio vos simul beatas
Ripas, prataque mollia irrigare
Canneti, egregii oppidi, & vetusti:
Pana ubi modulos suæ cicutæ
Fertur septifori addidisse canna.

Num

HENDECASYLLABI CARM.

Num illic (dicite) non datur videri Vobis sæpius ambulans ad oram

Vestri fluminis, & legens Ulysses? Non ille ex Ithaca, at quem amant alumnum

Cum Manto ipsæ Heliconiæ puellæ.

Sic est, huic; rogo pro nitore vestro,

Quem super roseum os, vagumque crinem

Nymphæ ducere gestiunt decentes;

Huie vos dicite blandulo susurro 🗀

Nostro nomine plurimam salutem.

Tum testemini, ut ipse amantiorem: Quam me nullum habeat fui, veh ipfum Qui tanti faciat, colatve tantum; 1981 Vel qui item tribuat pares honores 2001 Virtuti ipsius, atque ego. Erit ne Unquam progenies Jovis supremi en oil G Clio, ut laudibus hunc ad astra justis, Tollam? at si id mihi Di negant severi, Vos contra hæc memores referte lymphæ, Quod ipsum coryli mei recessus, Et sontes vitrei, atque utrumque litus, Undis omnibus Ollii sonabunt.

# *ላኔ የ*፞፞፞ቝ፞፠ቝ፟ኯ<del>ዸቝ</del>፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝኯጜቝኯጜቝ፟፠ኯ

# PICARDUM MEDICEM.

Uas pridem, Medices, mihi dedisti : Literas, & eas quidem elegantes,... Omnique officio, ac lepore plenas, Libentissime, & haud semel relegi. Eo nomine non modo, quod essent Disertissimo, & admodum erudito.

Dنہ

.M. T. PONTAME Dignz; sediquia ab optimo scicham Sinceroque animi viro profectas Des, velim, tamen hoc mihi, tua pro Viduatate bona, tuoque amore in Me; ut quod munus amanteraobstulistis Laudum, pace tua, pudens reculem. : Amplectar siquidem, ac deosculabor Semper, quam facis æstimationem De me; & me tibi plurimum fatebor Debere: attamen hoc habeto mecum Quod semper, probitateque, ingenique Smauitate, licebit, ut mihi usque Præstes; at tibi non licebit unquama Neve anquam dabitur, me amore amando Vincere, aut superare me labore Ullo vel: studio; cum erit mihi cur Te javem, aut potins te, amice, honestem. idi t

# AD INCERTUM.

<u>いずいくずいさくないなくないらくずいらんまりかくずいたくゆいたくない</u>

Uisquis es, si quidem optimus vir es tu,
Et morem ingenui viti es secutus;
Auss, nec patriam tuam, genusve
Geles; ingenuum in virum incidisti.
Nam; postquam mini navulos (ut inquisUrbane, ac lepide quidem) indicasti
Tuis litterulis bene auspidatis;
Candidum officium deosculatus
Sum tuum, & vigilem annotationem,
Quæ duo tibi plurimum volunt me
Et debere, & habere gratias; sed
Scias hoe tamen, o amice, nævum

Quena

# IN NASUM.

Donent, atque hilarem bonam senectam.

であることはいいできょうともとうなくとうとうとうとうというというとうとう

O, Oris lepidi venuste Nase
Optimæ ac lepidissumæ puellæ,
Quæ venus tual quæ tya est venustas
Postquam illæ saculæ duæ minutæ
Serena tibi luce blandiuntur;
Dum tu, slumine destuens secundo,
Inter turgidulas genas, at inquam

M. POB. FONTANE 300 Rolarum inter acervulos', fiquenti Quo igne, nescio, pipilando inuris ... Quin ipsæ Charites, Cupidinesque Sicut indigenæ Deo pufillo Suspendere tibi corallia; atque Baccas candidulas, decore multo. Hinc nos, qui fragili levi phaselo Secamus dubium salum Diones. Nos, qui perditi amore pervicaci Undis exagitamur æstuosis, Ad te unum, o lepide, elegansque Nase, Clavum dirigimus, velut cupitum in Portum, cui nitidi, ac venusti ocelli, Ceu fulgens Cynolura stemper ardent . 1974 O si mi incolumi sinu in reducto Detur tangere litus expetitum, Te Florum variis novis corollis, Te myrrhæ lacrymis, te odore turis Unum te aspiciens, colam beatus, Optatosque tibi novabo honores; ... o ... Optatosque iterans cremabo odores :

## $\mathbf{A} = \mathbf{D}$

# LUCAM CIGOLETTUM.

いぶらいいもともとときときときとうないとうないがっていっとう

Uca, fola mihi relicta mine spes;
Nosti Thessalicis amariorem;
Famam, & si quid amarios, venenis?
Eheu jam lacrymæ essunt ocellis.
Et torpens gemitu manus papyro
Mandare excogitata mente vix quit:
Fata, Taygetum, heu mala abstulere!

Abstu-

101

HENDECASYLLABI CARM. Abstulere bonum meum sodalem, Ceu turbo, gelida aut pruina florem, Ipso in limine lucis; ipse vero; Implumis, querulo ore, qualis ales Orbatus misero parente utroque, Incassum nemus, & diem fatigans, Fatum flebilibus modis funestum ... Urgeo has superas perosus auras. Quid rerum miser, hey, geram superstes, Postquam te, mihi certa te mearum Curarum, requies, dies per omnes Sic primum eripuit sopor, supremus? Tu Luca optime, tu benigne Luca, Siqua cura meæ movet salutis, Solare, ah miserum tuum sodalem, Et qui non monitis quiescit ullis, Ipium tu fide mulceas canora; Qua turbata noto æquora, aeremque, Qua crebris tonitrum ignibus micantem, Et moestas Erebi gementis umbras, Sedare ut libet, & potes, solesque. Quippe te Aonides, Paterque Apollo Amabunt, Heliconiique colles Discent usque tuum sonare nomen.

I N O B I T U M

# JULII CATANEI.

Luctum fundite, luctum amariorem.
Heu factum lacrymabile, atque acerbum,

Di-

M. PUB. FONTANE Dignum fletibus usque, & usque nostris Noster ille Cataneus, misellos, Noster JULIUS ille, nos reliquit; Atque illo moriente concidere Nostra gaudia cuncta, spes & omnis: Qui nos, nostraque sic sovebat unus; Qui nostri studiis, velut Patronus Optata otia præstiturum amicis Verbis pollicitus tuit tot, & tot. O Leti aspera jura, lexque! saltem Hoc non mille tuos tot inter ausus Debuit placuisse mors tibi; heu mors! Tu 'sæcli omne decus perosa nostri, Lumen, delitias, ocellulumque Phæbi, & Pieridum novem sororum, Servandum merito ultimos in annos, Crudeli accelerans manu abstulisti. Quid tantum potuit nefas? quid in te Indignum scelus? O malum, impiumque Factum. Fontigenæ boni, bonæque Omnes, Dique, Dezque, vosque Panes, Si quid Capripedumque numinum usquam est, Lugete, & gemitus imago triftis, Insueto nemorum omnium eiulatu Reddat undique vallibus sub imis. Sed mecum magis, ac magis diem atram Nostri jure Catanei, & supremam Lugete o lepidi mei sodales.

BOLE BOLE

A = A + A

EJUS-

# EJUSDEM EPITAPHIUM.

Dum sedem ætheriam, beate JULI
Lustras perspicuus nitore multo:
Hic lugens Pietas, Honosque sanctus,
Pura & Relligio, tuo serentes
Assistunt eineri suprema dona.

Tota Insubria, tota Roma, tota

Tellus Ausonia, heu, jacent amaro

Concusta gemitu tuo recessu.



M. PU-



# M. PUBLII FONTANÆ

# CARMINUM DIVERSI GENERIS

LIBER.

No.

A D

## CAROLUM SABAUDIÆ DUCEM

Pro pace, fibi, Regnisque quamplurimis comparata.

# EX FEDERICI A VALLE, HETRUSCO CARMINE.

Cciduum silet omne solum, & jam pondus iniquum Tot stragis, cædisque virum, rerumque rapinæ Læta ausert victrix tandem Dea candida vultu Pax placido, fractosque arcus incendit, & hastas.

Hoc, Heros, est omne tuum; qui ingentibus ausis, Et vigili cura, Alpinis e rupibus unus Fulmineoque fragore tonas, altasque ruinas Avertis, tantoque unus te te objicis hosti.

ER

CARM. DIVERST GEN. 305
Est fructus, studisque tui, exhaustique laboris
Nostra hac tanta quies. Nunc se aurea sidera calo
Demittant, divumque caput complexa coronent.
Nam tot pulchia operum, tantisque, ac commoda regnis
Digna satis, qua aquet, terrarum gloria nusquam est,
Suntque breves sama saclorum tempora, & anni.

<del>ናለውንናላውን፣ናላውንድሳንናላውን፤ናላውን፤ናላውን</del>ናላውንናትንናላውን

# OJOANNI PAULO RICCADEO

MEDICO,

OB PRÆCLARUM REMEDIUM

# A JOANNE FRANCISCO ULMO

M E D I C O

EXCOGITATUM

## EX AUCTORIS CARMINE HETRUSCO.

T Steropes, Brontesque suis incudibus ambo Informant chalybem, apta hamis in lamina mille Istibus, ut tutos servent, manibusque paratis Rumpere præcipiti vitalia stamina serro.

At vobis, fidæ o animæ; sic cognita vitæ
Sunt potiore usu auxilia, ut jam quilibet optet
Vestræ operæ studium, atque extento hoc limite cæst
Vos pulchram Phœbi sobolem, teneatque, vocetque.
Lux sæcli gemina o nostri, sudore parantur
Egregio hi fructus: per vos virtutis amorem
V
Bri-

Brixia non commem extinxit, pedibusve subegit.

Me fortunatum, placidas cui conficit horas.

Ulmus, dum ille mihi concentum temperat; una Quem pacis, bellique tenent primordia rerum.

## いまいかいからないなるなるないないないないないというないとなっていましていましていましていましていましていましていましています。

### P. R. O.

# JO. FRANCISCO ULMO

## DEMORTUAM CONJUGEM

ALLOQUENTE

### EX AUCTORIS CARMINE HETRUSCO

Am valeas dulcis conjun, curasque relinquens Mortales, tandem supremam carpe quietem. Sic saxum sit molle mbi, quo clauderis, & quo Casta jacent parvo pallentia membra sepulcro. Sit placidus sopor iste tuus: nam trissia quamvis Atque obscura mini, vitæ hujus tempora reddas. At mea damna tamen, cælo quæ percipis alto, Despiciens, sunt dura minus, quod pace fruaris.

Que præstare gravi, fixoque in pestore lucha, . x. Atratosque inter, mens languida novit, amicue, . Unæ hæ sunt lacrymæ;meesta hæc sunt carmina tantum.

Hic, par celicolis, læum jam spernis inanc: Dum tibi præclarum nomen vistricibus armis Vindicat, in te alto nituit quæ lumine, virtus.

30 G

DE

## DE PHILLIDE

### EX AUCTORIS CARMINE HETRUSCO.

A Dmovit manum, & ad terram vaga lumina flexit
Phyllis, purpureo sparla nitore genas.
Oh hominum dira sortes, ut caca futurum
Mens, nil tale putans, in sua sata ruit!
Nam pulchri hanserunt oculi obvia lumina Amynta,
Unde uno atque ipso tempore desecuit
Pura manus niveum formosi arbusculi honorem,
Et cor pastoris puberis intuitus.

## <mark>ጜቘዾጜጚቒኯጜጚቒኯዻዺቝ</mark>ጜጚቘኯጜጚቑኯጜጚቒኯጜዺቒኯጜዺፙኯ፞፧ዸጜቒኯጜ**ዺ**ኯጜ<mark>ዺኯ</mark>

### IN DRUSILLAM

### EX AUCTORIS CARMINE HETRUSCO.

Umina cum verto qua perstat turbidus auster,
Qui mihi nunc cæli dulcia regna negat;
Cura ardens tanta essundit caligine mentem,
Anxius ut nimio corde dolore gemam.
Tunc resero. Meus ille moras sesum trabit illos
Sol inter montes; hic ego tristi animo,
Per noctem cæcam, per spem falsentia veri
Somnia, discrucior; nec datur ulla quies.
Nam serit ille umbram, his, que oculis se plurima mæstis
Fundit, ceu nimbis ignea rima micans;
Et tactum subito perstringit lumine pectus,
Sic me urit rutilis ignibus ille procul.
Alme, mihi qui olim luces, noctesque serenas
Sol dederas, quis mi te abstulit ante diem?

IN

V 2

# INEANDEM

# EX AUCTORIS CARMINE HETRUSCO,

Eu nunquam formosus honos cælatur Olympi, Alternans suscis nox licet atra vices Exurgat plumis, dum lux clarissima mundi

Occiduum condit sub freta salsa jubar:

Quin mage quanta polo niteant decora alta sereno Ignibus, & quantis splendeat ætheriis,

Cernere ubique est algenti sub frigore brumæ,

Ne dum cum solis mitior aura sovet; Hand secus, & si lugubris te vestis inumbret Sub vere ætatis regia virgo tuæ;

Femineum omne decus calo spectatur aperto:

Nam pulchri vultus flammeo in ore micant. Afflati tales altæ virtutis honores,

Omnem ut vim superent mentis, & eloquii.

# IN MARIAM

## RODULPHI CÆS. AUG.,

### MATREM

## Ad avitum Lusitania Regnum proficiscentem.

Esareo exorta imperio, uxorque addita; quantum
Orbi qui imperitet, te peperisse suit.
Nam tu augusta Parens, qualis Berecyathia mater,
Regha per Europæ maxima proveheris.
Quippe hot exhausto cælesti e corpore partu
Læta Deûm genetrix, illius instar ades.
I tandem o Regnis Atavûm expectata tuorum,
Regia ter magni munera fratris agas.

CUR

# CUR MARS GRADIVUS, ET QUIRINUS DICATUR,

Et quomodo ipsa nomina

# FRANCISCO QUIRINO

BERGOMI PRÆFECTO, AC PROPRÆT.

#### CONVENIANT.

Um graditur, bellumque gerit, dum subjicit hostes
Romuleam extra urbem, templa Gradivus habet.
Dum latus paci invigilat, patriæque saluti
Romuleam intra urbem, templa Quirinus habet.
Tu res Bergomatum placaus, hostemque coercens
Nomen utrumque pari jure, Quirine, tenes;
Quid jam, si in pagis, ipsisque in mænibus urbis
Fama locat laudi templa, Quirine, tuæ?

<del>፞ዺቑኴጜዺኯ</del>ዸ፨ዺኯጜዹኯ፧ዹዿ<sub>ጞ</sub>ዹቝኯጚቑኯጙቑኯጙቑኯጜቔኯ

#### A D

## JOANNEM BAPTISTAM PERSONAM

MED. AC PHIL. BERGOMATEM.

Uam tu Personam gestas, Persona, medendo Asclepi samam personat illa senis. At si Personam medicæ detraxeris artis, Et variæ mentis conspiciantur opes. Ultro omnes dicent, Phæbeas scilicet illam, Hanc tibi Palladias excoluisse manus.

V<sub>3</sub>

IN

#### IN FUNERE.

### GABRIÉLIS PALEOTI CARDINALIS

#### ARCHIEP. BONON.

#### IN CÆLUM SUBLATI.

Inter mille sacras redolentia lumina tædas
Gloria, quas cineri dat, Paleote, tuo:
Fundere purpureos certabant veris honores
Justitia, & dulci cum Probitate Fides.
Ipsa autem mæsto gemitu templum omne replebat
Relligio, niveas dilaniata comas.
Ast tibi quæ totos animo insedere per annos,
Virtutes, querulo talia ab ore dabant.
Aligeras acies, Gabriel, cælumque petisti;
Ecquando nobis optimus alter erit?

#### 

#### TUMULUS

#### ANDREÆ MAUROCENI

#### A PATRE

UNA CUM SACELLO DIVI ANDREÆ ERECTO.

Uem tu sancte senex, lustrali slumine tinctuma Ascisti, Andrez numinis in gremium; Ipsius hic positas Tumulus consurgit ad aras Andrez, exanimi slebile Patris opus. Hen juvenem Sophia extinxit, mortalia curans, Dum Sophia ztheria sic viguisse dolet.

#### TUMULUS

#### HIERONYMI BORNATI

#### PATRITII BRIX.

Cum sævus, Bornate, sopor tua lumina clausit, Et tibi mentis opes cælo diffudit aperto; Presidium,o Patrie quantum, quod lumen ademptum est!

となってなってなってなってないないないないないないないないないないないないない

#### IN OBITUM

#### DIOMEDIS TIRELLI.

Occidis infausto, Diomedes, sidere: nec te, Arté qui dederat medicam, qui carmina, Phœbus, Nec te consilio Pallas, nec pectore Mavors Immeritum, heu pietas! violento sunere servant.

**たまったないたないたないないないないないないないないないないないない** 

#### IN OBITUM

#### GUIDI ANTONII GUIDÆ.

Quam blando sulsere tuis natalibus ortu,
Mercuriique, Jovisque astrum, tam lumine diro
Lugubre exarsit sidus Mavortis iniqui,
Teque caput terris tam clarum invidit. At ipsa
Spem quantam de te excieras, miserantia corda,
Perculsique animi casu testantur acerbo.

IN

V 4

#### IN OBITUM

#### MARII MADII VINCENTII

#### PHILOSOPHI .

#### PATR. BRIX. FIL.

Am quæ, te juvenum, fili, dulcissime fili, f Essera vis animi, & sceleris tam dira cupido Excipit incautum serro, nil tale merentem, Pectore dum toto supplex, dum mystica sacra, Natalemque diem Christi veneraris ad aras? Heu tibi, qui teneros artus & candida rumpens Pectora trajecit, Patriæ præcidit eissem Vulneribus spem omnem, & Latii decerpsit eodem, Ense decus, tenebrisque simul damnavit iniquis.

#### 

FRANCISCI POLÆ VERONENSIS J. U. C.

IN CLAUDIUM BEVILAQUAM,

VENETIIS CONFOSSUM.

#### EPITAPHIUM

#### IN HEROICUM CARMEN REDACTUM.

Anossi Manes, conspersi sanguine Manes,
Accipite ingente, heu, vos vestra, & castra petente
Claudi animam, accipite insande qui tempora cædis,
Atque locum vestræ effugit, non tempora sati.
Ipsa namque manu, ferroque petitus eodem
Unanimis pariter, consanguineusque supremum
Occu-

CARM. DIVERSI GEN. 313
Occubuit, medio Venetum confossus asylo.
Veh, miseræ Veronæ iræ, veh pectora cæca!
Quid jam non ubique audent? quæ non impia tractant
Consilia? At Deus, at læso pro numine, Princeps
Immanes animos insana cæde furentes
Averruncassit, totoque eliminet orbe.

#### EPITAPHIUM INFANTIS.

VIx primos fudi vagitus, luminis auram Vix haufi, ac cælo nunc meliore fruor.

<del></del><del></del>«ቀ»‹ቀ»‹ቀ»›«ቀ»›«ቀ»›«ቀ»»«ቀ»›«ቀ»›«

#### IN OBITUM

#### LUCILLI TASSI

EQUIT. PATR. BERGOM.

TE Procerum, Lucille, Chorus, te tota cadentem Prosequitur lacrymis Patria. Heu pulcherrima quæque

Virtutum, morumque animi, viridisque juventæ Flore simul cecidere tuo: tecum omnia acerbo Funere strata jacent, tenebrisque urgentur iniquis.

な事かれないいなかれなかいなかいなかいなかいなかいなかいなかいなか。

#### TUMULUS

#### JO. ANT. GUARNERII

#### CANON. BERGOM.

II Istoriis dat fama tuis, proprioque sepulcro Emeritum nomen; tantæ tu nomine samæ Das samam Patriæ, Antoni, generique tuorum. EPI-

### EPITAPHIUM

#### JO. FRANCISCI FONTANÆ FRATRIS.

Ui fratri, Francisce, tuo, atque utrique parenti Alma quies sueras, nunc pro pietate tuorum Accipe, & hunc habeas ramum pallentis olivæ; Tecum etenim sibi pax omnes tumulatur in annos,

#### TUMULUS LIVIE.

Uz mihi debebas supremz sunera vitz, Persolvo inselix patruus tibi, Livia, sed quz Filiolz me sata volunt superesse tenellz, Teque negant pressiste tua mea lumina dextra? Me miserum! nullo posthac solamine vivam,

#### EJUSDEM.

I Iquisti haud sucem clauso vix, Livia, lustro, Sed patruo sacrymas, sed saribus tenebras.

#### EJUSDEM.

Uis livor primum invidit tibi, Livia, lustrum? Heu, qualem patruo linquis amaritiem!

#### TUMULUS LAURE.

Um Laura, Celerio Leonide tuo
Mcestissimo viro celerrime occidis,
Et solvitur tecum illa amabilis tuæ,
Qua vinciebar, laurez patientiæ,
Prudentiæ, & pudoris integerrimi;
Mærore longo, heu me impotentem consieis.

EJUS-

Luc thymbram apes, thymumque ferte sedulæ,
Et vos rosæ busto comam summittite,
Honos ubi ille adhuc mitet prudentiæ,
Et slos pudoris halat integerrimi,
Dum dico slens multa madente lacryma;
Heu, Laura, Celerio celerrime occidis
Moestissimo viro tuo Leonidæ,
Se ut maceret mærore quam longissimo.

**፞፞፞፞**ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፠ቝ፨

#### BENEDICTI RODULPHI

#### PATRITII VERONENSIS.

#### ELOGIUM.

PRiscorum virtus atavum, incolumisque senectus Sat dederant vitæ, nec quod non mente teneres Naturæ, rerum suerat, Benedicte, nec ultra, Quos patrios, Verona, tibi deferret honores, Cum tua consedit securo gloria portu.

#### AD ALMORUM NANUM

BERGOM. PRÆFECT. AC PROPRÆT.

Sie tibi currentes suspendens Juppiter annos Sistat, & æquali succedat gloria passu, NANE, tuis factis, alto quæ maxima vultu Discutis, & tenues res æquo examine libras, Me quando, quæ multa premunt civilia, solus Suspendis, proprioque levas mea pondera sceptro. IN

#### IN IMAGINEM

#### ACHILLIS PEDEROCCHÆ

J. C.

I Lle altas evertit opes, atque ardua Trojæ Pergama, Tyndaridenque Helenam reparavit A chilles;

Hic leges, legumque simul consulta revolvit Strenuus, & dubia extundit caligine rerum.

#### ALIUD.

theriæ potuere plagæ; tractusque profundi Mentis opes novisse tuas; pulcherrima Roma, Cujus in immenso gremio par clauditur orbis, Miratur, sama ipsa premit jam limen Olympi.

#### ALIUD.

Um fidus legum interpres molimina quæque Expendis prudens, dum quovis turbine rerum Exuperas, animis dans verum in luce videri, Non fictæ es vindex Helenæ novus alter Achilles.

#### DE CURIS, ET DE QUIETE ANIMI.

I Mmoriens curis vixi, infanoque labori, Nunc seio, quod sola est, vivere, vita, sibi.

#### DE PACIS, ET BELLI VICISSITUDINE.

D'Um mihi pax fuerat, curarum incendia sensi, Credite, dum bellum est, pacis amore fruor.

DE

## DE MIRABILI FONTE.

A Lphœum sugiens, Siculas, Arethusa, sub auras? Venit, at hic mundum, superas sons attigit arces.

Chorus puerorum qui se Pontifici Santto Chrismate liniendos obtulerant.

